



## **Summæ Theologicæ Scholasticæ Et Moralis In Qvatuor Partes Distributæ Pars ...**

In qua de Virtutibus in Communi, & Theologicis, Fide, Spe & Charitate, nec  
non Virtutibus Cardinalibus, præsertim Justitia & Jure, ac Religione  
ceterisq[ue] annexis, & Vitiis Oppositis in particulari breviter & dilucidè  
tractatur

**Herincx, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

Dispvatio VI. De Summo Pontifice.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72941](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72941)



nium ad annum 447. ubi id factum prima- tus censet in Concilio Toletano I. non tamen sine auctoritate Leonis Papae. Qui etiam notat ad annum 514. non fuisse moris antecederet in Ecclesia Romana post Evangelium sub missa recitari Symbolum, quod nimirum in ea non sit periculum errandi, neque ipsa umquam à vera fidei professione, vel in apice minimo deviarit. Quam rationem tangit Rufinus in Symbolo; eamque rogati à Bezone abbate Presbyteri Romani reddiderunt, teste Baronio sup. Suadente nihilominus Imperatore Henrico Benedictus VIII. permittit ad missam publicam deinceps Symbolum decantari. Quam quidem susceptam consuetudinem (inquit Baronius) haud improbamus: sed nobis gratius, si venerande antiquitati annorum mille magis delatum fuisset, quam novitati.

Cur Roma sub missa Symbolum canit in solitum.

Quando canit capere.

173. Tertium Symbolum Athanasii.

An & quò ab eo confectum.

Tertium est Symbolum, quod hactenus Athanasii non in Ecclesia Catholica publice recitatur. Illud in Romam editatus, quò ejus Ecclesiae communionem mereretur, seque Romano Pontifici probaret, ibidem veluti publicam Catholicæ fidei professionem edidit. Quod Symbolum in Romanæ Ecclesiae archivo unà cum actis Synodi tunc ibidem habitæ collocatum, ibique diu delituisse, adeoque ab Antiquioribus vix citatum, donec à Romanæ Ecclesiae antiquis monumentis veluti erudertum emerit in lucem, & à cunctis Ecclesiis susceptum fuit; refert Baronius ad annum 340. Nihilominus non ita potuit delituisse, cum in Aphrica innoverit Augustino, qui integris sententiis hujus Symboli velut in Ecclesia notissimi utitur l. 5. de Trinit. c. 8. Epist. 174. ad Pascensium. Enchiridii c. 36. Sermon. 29. de Temp. Et quidem expresse nomine Patris Athanasii Episcopi Alexandrini recitat in Psal. 120. integrum hunc versiculum: *Filius à Patre solo est, non factus, nec creatus, sed genitus.* Quod tamen in Editione perfectâ per Lovanienses omissum est; prout & expositio secundi versus ejusdem Psalmi, cum nonnullis in Editione Parisiensi positus. Et ante Augustinum Nazianzenum Orat. de Laudibus Athanasii testatur eum conscripisse perfectissimam

fidem formulam, quam totus Oriens & Occidens veneratur.

Græci porro, tenaciores sui contra professionem Spiritus sancti à Filio erroris, convillantur esse à Latinis addita, quæ de ea in præfato Symbolo habentur. Verum ex sola malevolentia citra ullum fundamentum id confingunt. Et quidem dudum ante exortum Græcorum errorem fuisse ea in Symbolo contenta, patet ex Concilio Toletano IV. celebrato ante mille annos.

An à Latino adulteratū quoad professionem Spiritus sancti à Filio.

Advertendum autem Athanasium hanc fidei formulam non composuisse per modum publici Ecclesiae Symboli, sed potius per modum doctrinæ, eo fine, ut manifestaret suam de mysteriis divinis & Christi fidem. Quia tamè integram fidei veritatem doctrina ejus breviter & clarè continebat, Ecclesiae seu summi Pontificis auctoritate est recepta, ut pro Symbolo publico & regula fidei haberetur. Aliàs ad solum Pontificem in Concilio generali vel extrâ spectat condere Symbola Fidei; prout occasio successentium hæresum dicitur: uti ad ipsum spectat finaliter ea, quæ fidei sunt determinare. Unde cum Bernardus cum aliquot Galliarum Episcopis edidisset in Concilio Rhemensi Symbolum Fidei contra Gilbertum sine assensu Apostolicæ Sedis, gravem idcirco Cardinali indignationem incurrit Bernardus, fuitque ab ejus olim discipulo Eugenio III. decretum, ne umquam pro Symbolo Fidei in Ecclesia haberetur, ut refert Smising Tract. 2. de Deo d. 1. q. 2. n. 61. Quod itaque in Concilio Ephesino T. 2. c. ult. Chalcedonensi Act. 4. in Decreto Fidei prohibetur, ne alia fides proferatur, vel conscribatur, vel componatur, præter definitam à Patribus Nycenæ Synodi; non ita accipiendum est, ut posterioribus Conciliis aut Pontificibus ligentur manus aliquid, non quidem contra, sed supra id quod in præcedentibus declaratum fuit exponendi, ob necessitatem hæresis insurgentis; sed juxta D. Thomam 2. 2. art. 10. ista prohibitio ad privatas personas pertinet, quarum non est determinare de Fide: si tamen nõ sit intelligenda contrariè, ut solum prohibeatur aliquid contrarium scribi vel proferri.

174. Athanasius illud non edidit in Symbolo Ecclesiae.

Sed illud pro tali receptum ipsa solum Pontifex; cuius est Symbola condere.

Notabile de Symbolo per Bernardum confectio.

Qua additio aut mutatio in fine Concilii Niceni se inhibita.

DISPUTATIO SEXTA

De Summo Pontifice.

QUESTIO I.

An S. Petrus fuerit Christi Vicarius & Supremum Caput universalis Ecclesiae.

1. Christus est & manet supremum

CHRISTUS indubie est & semper manet summus Pontifex, primum fundamentum, supremus Rec-

tor, Pastor & caput Ecclesiae, sponsæ suæ dilectæ: qui ascensus in cælum, adeoque Ecclesiae visibilem præsentiam subtrahens, eam nõ dereliquit instar domus sine rectore, ovilis sine Pastore; sed ultra seipsum Rectorem summum invisibiliter eam regentem, & particulares particularium Ecclesiarum Pastores & Doctores visibiles, constituit Vicarium suum, qui foret visibile universalis Ecclesiae visibilis in terris Caput,

caput Ecclesiae.

Reliqui visibili Capite Vicario.



Et q̄ unico.

Caput, vice suā rectoris eamdem. Et quidem cum instituerit Ecclesiam, veluti perfectum regnum spirituale, consequenter regimen monarchicum (quod tamen aristocratia quadam mixtum est, ratione optimatum, qui tum ad consilium, tum ad regimen subsidiarie adhibentur, juxta optimam hierarchiæ formam) instituit, atque unū unius regni Principem, unius domus unū Oeconomum & veluti patrem-familias, unius ovilis unum Pastorem, unius exercitus unū Præfectum, unius navis unum gubernatorem, unius corporis unum caput instituit. Quod melius unitas Ecclesiæ in moribus & fide conservaretur (quod alias difficulter fieret) tum etiam ob alias causas. Neque id supervacaneum: cum regnum istud corporale & sensibile, simili capite egeat: nec supervacanei (etiam fatentibus Hæreticis) sed necessarii sint ceteri pastores & doctores, quamvis Christus principalis sit pastor & unicus Magister.

Idq̄ non supervacaneum.

2. Electus à Christo ad hanc dignitatem Petrus.

Probatur ex Matth. 16.

De facto autem Christum instituisse S. Petrum in suum Vicarium & supremum caput Ecclesiæ universalis, est fide certissimum. Et probatur primò ex Scriptura Matth. 16. ubi juxta obvium planè sensum sub metaphora fundamenti & clavium summa hæc potestas promittitur: *Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam &c.* Et tibi dabo claves regni caelorum &c. Nam quod superior in corpore communitatis, rex in regno &c. hoc fundamentum in ædificio. Cui etiam oppidi claves traduntur, dominus vel Gubernator illius fit aut agnoscitur. Syriacè (prout Christus loquebatur) est: *Tu es Cepha* (quod saxum significat) & *super hoc cepha seu saxum ædificabo Ecclesiam meam.* At Græca lectio habet priori loco *Petrus*, posteriori *Petrus*, quæ tamen Græcè idem significant, ac si Christus dixerit: *Tu es Petra, & super hanc petram &c.* Convenientius tamen apparebat, nomen masculinè expressum attribui personæ virili, & ad claritatem metaphoriæ postea uti voce fæmininâ, nil nisi saxum significante. Græcam Lectionem imitatus est latinus Interpres, cujus translationi inhærendo; etiam planè evincit contextus hanc referri ad Petrum, de quo scilicet immediate sermo factus erat, & ad cujus nomen alluditur: de quo etiam subditur: *Tibi dabo claves &c.* cui denique ob insignem Filii Dei confessionem prærogativa præ ceteris in præmium datur, ut Patres urgent; quod nullum foret, si Christus significasset ipsum vocari Petrum, & Ecclesiam ædificandam super ipsum Christum: adeoque frivole tam accuratè expressa fuisset persona Petri nomine Simonis, adjecto nomine Patris Jonæ, & nomine recenti per Christum imposto Petri seu Cephæ.

3. Occurritur objectioni

Augustinus quidem Tract. ult. in Joannem, & Lib. I. Retract. c. 21. ignorans vim sermonis hebraici dubitavit, non quidem

de doctrina, sed de Scripturæ sensu, & re-  
linquens lectori libertatem eligendi, sed eum  
propendit, *Ut super hanc petram intellige-  
retur, quem confessus est Petrus, scilicet ipse  
Christus. Non enim (uti subdit Lib. I. re-  
tract. c. 21.) dictum est illi: Tu es petra; sed  
tu es Petrus: petra autem erat Christus.* Unde  
apprehendit nomen Petrus esse denomina-  
tivum à petra, q̄. d. Christus: Tu es Petrus,  
& super hanc petram, à qua Petrus  
appellaris, ædificabo Ecclesiam meam.  
Quod tamen totum corrumpit ex præmissis;  
ut patet. Ipse alioquin Augustinus de Sede  
Petri, ipsa (inquit in Psalmo contra partem  
Donati) est petra, quam non vincunt super-  
ba inferorum porta. Similiter jam à tempo-  
ribus Augustini (ipso teste lib. I. Retract.  
c. 21.) cantabatur in Ecclesiis seu ore mul-  
torum ex Ambrosio: Hoc ipsa petra Ecclesia  
canente culpam diluit. Et Ep. 86. Petrus (in-  
quit) Apostolorum capitalis janitor, & Ec-  
clesia fundamentum. Et Serm. 29. de Sanctis:  
Dignus certe (inquit) qui ædificandis in domo  
Dei populis, lapis esset ad fundamentum, co-  
lumna ad sustentaculum, clavis ad regnum.

4. Conformiter ceteri Patres hunc locum  
intellegerunt, qui Petrum asserunt Ecclesiæ  
fundamentum, & petram, id est, lapidem  
fundamentalem; ut Cyrillus l. 2. in Joannem  
c. 12. Tertullianus l. de Præscript. c. 22. Atha-  
nasius Epist. ad Felicem l. suo & Synodi  
Alexandrinæ nomine scripta, quæ extat To-  
1. Concl. inter Epistolas Felices l. Ambro-  
sius Serm. in Cathedra S. Petri. Leo Papa  
Serm. 2. de Anniversario sua assumptionis.  
Gregorius l. 6. Epist. 37. & alii. Sufficiat no-  
bis illud Chrysostomi Hom. 55. in Matth. di-  
centis: *Tu es Petrus, & ego super te ædifica-  
bo Ecclesiam meam.* Et illud Hieronymi in c.  
16. Matth. Secundum metaphoram petre ve-  
rè dicitur ei: *Ædificabo Ecclesiam meam su-  
per te.*

Stabilitur Scriptura allegata à sussex Patribus passim.

5. Nec dissentiant Patres, qui nomine pe-  
træ intelligunt interdum ipsam inconcussam  
& firmissimam fidem (ut loquitur Cyrillus  
l. 4. de Trinit.) quam Petrus professus est,  
seu ipsam fidei professionem. Nam solum  
volunt hanc prærogativam in singulari fi-  
de & confessione Petri tamquam causâ seu  
occafione fundatam. Sic enim Hilarius l.  
6. de Trinit. versus finem se explicans ait, Pe-  
trum supereminentem beatæ fidei sua confes-  
sione gloriam promeruisse. Hinc (subdit) regni  
caelorum habet clavem, hinc terrena ejus judi-  
cia caelestia sunt &c. Alioquin iidem Patres  
alibi loquuntur clarè, sicuti præmissimus.  
Signanter ipse Hilarius in c. 16. Matth. di-  
cens: *O in nuncupatione novi nominis felix  
Ecclesiæ fundamentum, dignaq̄, obificatione  
illius petra; quæ inferorum leges dissolveret! O  
Beatus calis janitor &c.*

Nec alii dissentiant.

6. Christus  
Manet nihilominus verum quod 1. Cor. fundamen-  
tum singu-  
3. dicitur: *Fundamentum aliud nemo potest  
ponere, præter id quod positum est, quod est  
Christus Jesus.* Ipse enim est primum & sin-  
gulare



gulare fundamentum, atque (ut ita dicam) fundamentum fundam. cetera fundans, nulli innixum. Tum quatenus si soli competit esse fundamentum, cui tamquam redemptori fides & salus nostra innitur, in quem proinde tanquam Deum & hominem principaliter credendum est. Tum quatenus influit vitam spiritualement, & omnia bona in Ecclesiam ejusque membra. Tum quatenus est ex propria sua auctoritate principalis Ecclesie institutor, legislator & rector. Tum quatenus est finis Ecclesie, cujus, qua Dei, participatione beati, qua hominis coheredes, electi efficiuntur. Unde ipse est summus angularis lapis, et si sint alia fundamenta secundaria in Christo fundata, ipse nimirum duodecim Apostoli, juxta locutionem Scripturae ad Ephes. 2. & consonat Apoc. 21. idque ratione foundationis & propagationis fidei & Ecclesiarum in diversis locis, insuper ratione fidei eis divinitus revelatae, denique ratione regiminis seu gubernationis Ecclesie. Inter omnes porro supereminet Petrus: tum quia Ecclesia nititur specialiter Petro tamquam pastori ordinario, sic ut ipsa Sedes Petri sit petra illa, qua est fundamentum permanens Ecclesie usque ad finem saeculi aedificandae; cum ceteris Apostolis tamquam extraordinariis legatis seu nuntiis a Christo missis sit concessa potestas in Successores non transmittenda. Tum quia Petro tamquam ceterorum capiti adscribi potest fundatio Ecclesiarum per eos facta. Unde Leo Papa Epist. 89. Hujus (inquit) muneris, Evangelici, Sacramentum ista Dominus ad omnium Apostolorum officium pertinere voluit, ut in beatissimo Petro Apostolorum omnium summo principaliter collocaret.

Fundamentaria secundaria omnes Apostoli.

Inter eos tamen specialis Petrus & quartus.

7. Dices, Petrus tamquam os ceterorum pro omnibus respondit, juxta Patres; adeoque promissio dirigitur etiam ad ceteros, ut iidem significant. Quibus proinde Matth. 18. communiter eadem potestas datur: Quaecumque alligaveritis super terram, erunt ligatae & in caelis &c.

An Petrus Matth. 16. respondit nomine ceterorum.

Qualiter hi Petro pares qualiter inferiores & subordinati.

Resp. Petrum respondisse nomine ceterorum approbandum, non tamen Quasi ex eorum commissione aut instructione. Unde ipse juxta Patres primus agnovit, ceterosque praevinit; qui proinde primus est in Apostolica dignitate, ut loquitur Leo Papa Serm. 2. de SS. Petro & Paulo, qui quae idcirco supereminet beatae fidei suae confessione gloriam promeruit, ut loquitur Hilarius lib. 6. de Trinit. Habuerunt quidem & ceteri Apostoli quocummodo par consortium quoad Apostolicam dignitatem, seu quoad munus Apostolicum, ut significat Cyprianus lib. de Unitat. Ecclesie, in ordine scilicet ad fundandas Ecclesias, praedicandam fidem &c. sed cum eo consistit praerogativa Petri tamquam capitis

ceterorum & pastoris ordinarii, adeoque habentis jurisdictionem etiam in ceteros Apostolos, cum nemo illam e contra in ipsum Petrum habeat. Nam (ut ibidem Cyprianus praemittit) primatus Petro datur, ut una Christi Ecclesia & cathedra una monstreretur. Sicque verum manet quod Leo Papa Epist. 84. cap. 11. scripsit: Inter beatissimos Apostolos in similitudine honoris fuit quaedam discretio potestatis, & cum omnium par esset electio, uni tamen datum est, ut ceteris praemineret. Et Serm. 3. de Anniversario assumptionis sua: De toto mundo unus Petrus eligitur, qui & universarum Gentium vocationi, & omnibus Apostolis, cunctisque Ecclesie Patribus praeponeatur.

Itaque Matth. 18. non quidem conferitur, sed promittitur universim Apostolis potestas ligandi atque solvendi: at non pari modo, nec cuiuslibet tamquam supremo & ordinario capiti, uti Petro Matth. 16. sed tamquam Legatis extraordinariis, aliis autem Praelatis subordinatè ad Petrum tamquam universae Ecclesie ordinarium pastorem. Qui proinde hac ratione Claves solus accepit, ut habet Optatus, l. 1. contra Parmensian. Claves, inquam, cum Cathedra permanfuras. Unde lib. 2. postquam dixisset: Claves Salutares accepisse legitur Petrum, principem scilicet nostrum, Donatistas esse clavium expertes, & iniquos usurpatores arguit veluti qui contra Cathedram Petri Sacrilegio militabant. Et Hieronymus l. contra Jovinian. in medio: Supra Petrum fundatur Ecclesia, licet id ipsum in alio loco super omnes Apostolos fiat, & cuncti claves regni calorum accipiant, & ex aquo (quod attinet munus Apostolatus) super eos Ecclesia fortitudo solidetur: tamen propterea inter duodecim unus eligitur, ut capite constituto schismatis tollatur occasio. Et Origines Tract. 6. in Matth. Quoniam oportebat aliquid majus habere Petrum &c. Ideo illi sic dicit: Et tibi dabo claves regni calorum.

8.

An Matth. 18 par potestas pariter modo omnibus conferatur.

Denique dicitur Augustinus interdum significat Petrum in acceptione clavium sustinuisse personam Ecclesie; non negat eas esse concessas ipsi personae Petri, sed ut juxta Augustinum in Psal. 108. illi illam referri debere ad Ecclesiam, adeoque claves fuisse concessas ipsi Ecclesiae, id est, ad stabilem usum seu utilitatem Ecclesiae, non autem solum ad utilitatem Petri, aut ut cum eo cessarent. Unde propter primatum Apostolatus sive principatum gerebat Ecclesiae figuram, juxta mentem & phrasim Augustini Tract. ult. in Joannem. & Serm. 13. de Verbis Domini. Vide Wiggers Tract. de Pontifice num. 40. & seqq. Alioquin cunctis Evangelium scientibus liquet, quod voce Dominica sancto & omnium Apostolorum principi Petro totius Ecclesiae cura commissa est: ipsi quippe dicitur: Tibi dabo claves regni calorum &c. ut ait Grego-

9.

Qui juxta Augustinum Petrus in acceptione clavium sustinuit personam Ecclesiae.



rius *lib. 4. Epist. 32.* cui consonant alii Patres.

Petes, cur si primatus ibi sit Petro promissus, postea *Luca 22.* contentio facta est inter Apostolos, quis eorum videretur esse major, neque Christus contentionem diremit, iudicando juxta suum præcedens promissum pro Petro? Resp. eos tunc necdum plenè intellexisse promissionem Christi, uti & multa alia; etsi suspicarentur, tum ex verbis istis, tum ex aliis indiciis ad quod respicit. Christus autem expediens iudicabat infirmitati discipulorum, id tunc non apertius declarare, quod postea erant satis intellecturi: etsi tacite innuere, ambitionem pariter retundendo, aliquem inter eos fore majorem, dicens: *Qui major est in vobis, fiat sicut minor &c.*

Probatur II. Veritas Catholica ex *Joan. 21.* ubi primatus antea promissus Petro conceditur, & ovile universum cum ovibus indefinitè & absolutè conceditur his verbis repetitis: *Pasce oves meas.* Quod ita intelligunt Patres apud *Bellarminum lib. 1. de Pontif. cap. 14.* Et circumstantiæ textus manifestè clamant ea verba dirigi ad solum Petrum. Quamvis etiam (ut interdum Patres insinuant) suo & accommodo modo habeant locum in ceteris prælatis, qui vocati sunt in partem sollicitudinis & regimen suorum particularium gregum; quibus etiam forma Petri proponitur in dilectione Christi, quæ à Petro per trinam Christi interrogationem tam sollicitè fuit prærequisita. Pascere porro non est solum præbere aliis cibum (quod in præsentem foret prædicare & docere) sed partim providere eum, quod est rectoris familiæ, juxta illud *Luca 12. Quis putas, est fidelis dispensator, & prudens, quem constituit Dominus supra familiam suam, ut det illis in tempore tritici mensuram?* Partim ex communi loquendi modo significat omnem statum pastorem, ut proinde ibi Petrus constituatur Pastor gregis. Pastoris autem est non tantum præbere cibum, verum etiam dirigere, regere, defendere, aberrantes cogere baculo pastorali. *Oves* (inquit *Augustinus in dictum locum*) ipsas pascendas, id est, docendas regendasq; committit. Estque hæc Phrasîs Scripturæ familiaris. Sic enim *David* dicitur pascere seu pavisse *Israël*, id est, rexisse *Psal. 77.* Et *Cyrus rex* (cui amplissimum regnum promittitur initio *c. 45.*) dicitur Pastor, *Isaia 44.*

His accedunt variaz prærogativæ primatum Petri indicantes. Primò, mutatio nominis, quod petram significat; quæ unum est è celebrioribus Christi nominibus; ut rectè *Leo Papa Epist. 89. c. 1.* scribat: *Hunc in consortium individue unitatis assumptum, id quod ipse erat voluit nomina-*

ri, dicendo: *Tu es Petrus &c.* Vide etiam *Serm. 3. de Anniversario sue assumptionis.* Falsè *Zebedæi* nomen idem remanet, sed commune utriusque cognomen *Boanerges* Christus dedit *Marci 3.* quo tamen nunquam postea in Scriptura appellantur.

Secundò, quòd Petrus tamquam Princeps ceterorum constanter recedat principali loco, *Act. 2. Stans Petrus cum undecim.* Et *cap. 5. Petrus & Apostoli dixerunt.* Item *Marci 1. Luca 8.* & alibi quomodo *Michaël* veluti Princeps numeratur *Apoc. 12. Michaël & Angeli ejus.* Immo *Matth. 20.* non solum (uti semper ab Evangelistis) nominatur primo loco, sed etiam primus appellatur: *Duodecim Apostolorum nomina sunt hæc: Primus, Simons, qui dicitur Petrus;* ceteri autem (inter quos non erat similis subordinatio) non dicuntur secundus, tertius &c. ideoque nec semper eodem ordine recensentur. Quòd si ad prioritatem vocationis attendisset Scriptura, *Andreas* prius vocatus & secutus fuit Christum *Joan. 1.* Idemque ætate senior juxta *Epiphanium Hæresi 51.* Hinc *Petrus* plerumque nomine omnium loquitur *Matth. 19. Luca 12. Joan. 6.* ubi *Cyrillus:* *Per unum, qui præerat, omnes respondent.* Nec refert, quòd unico loco, ad *Galat. 2.* *Jacobus* numeretur ante *Petrum, Jacobus* (inquit *Apostolus*) & *Cephas & Joannes.* Nam incertum, an *Apostolus* sic enumeraverit, cum *Hieronymus, Augustinus & Commentarius Ambrosianus* legant *Petrum* primo loco, tam in textu quam in Commentario; uti & *Chrysostomus* in Commentario. Deinde quòd uno loco non sit habitæ ordinis ratio, non derogat tam constanti & manifesto ordini sibi servato. Aliqui insuper credunt id factum, quòd sermo esset de re quæ contigit *Jerusalem*, ubi *Jacobus* erat *Episcopus.* Nihilominus majoritatem Petri satis indicat, quòd ad *Galat. 1.* dicit *Apostolus* se venisse *Hierosolimam, ut videret Petrum,* etsi ibi quoque *Jacobus* esset. *Iovis* (inquit *Hieronymus ibid.*) non descendit studio, sed honoris priori *Apostolo* deferendi. Et *1. ad Corinth. 1.* gradatim ascendendo *Petrum* proximè sub Christo constituit. *Unusquisque dicit. Ego sum Pauli, ego Apollo, ego Cepha, ego Christi.*

Tertiò *Matth. 17.* jubet Christus solvi tributum pro se & pro Petro. Ex quo juxta *Terentium, Originem, Chrysostomum, Hieronymum* ceteri colligebant *Petrum* sibi præponi, seu omnibus *Apostolis* esse *Prælatum;* ut loquitur *Hieron. in c. 18. Matth.*

Quartò in utraque piscatione *Luca 5. & Joan. 21.* (quarum illa statum militantis, hæc triumphantis Ecclesiæ designabat) *Petrus* est *Dux* seu *præfectus:* cui soli tamquam *nauclero* principali dicitur: *Duc in altum, ad piscandum;* quod mysticè

10.  
Qui contentio sit orta inter Apostolos de primatu etiam post promissionem Christi declaratum.

11.  
Primatus Petri probatur 2. ex *Joan. 21.*

12.  
Et variis prærogativis.  
Prima.

13.  
Secunda  
Petri prærogativa.

14.

Quarta.



sticè significabat piscationem hominum: Ex hoc eris hominibus capiens. Idem trahit rete ad litus Ioan. 21. Illius (cùm plures essent) naviculam ascendit Christus Luca 5. Unde Ambrosius Serm. 62. Hanc solum Ecclesiae navem ascendit Dominus, in qua Petrus Magister est constitutus. Quare Ecclesia passim dicitur Petri navicula.

Quinta. Quinto Christus Luca 22. peculiariter rogat pro fide Petri, ne deficiat, jubetque ut à lapsu conversus confirmet fratres suos; utique veluti curam ceterorum habiturus. Unde Leo Serm. 3. de An. vers. sua Assumpt. Pro fide Petri supplicatur, tanquam aliorum status certior sit futurus, si mens Principis victa non fuerit.

Sexto, primum hunc Petrus variè ostendit in Actis Apostolorum; ut dum electioni Matthiae praesidet, Act. 1. dum primum Evangelium promulgat, & ad fidem tria millia convertit Act. 2. dum primum miraculo fidem confirmat Act. 3. dum primum januam Ecclesiae Gentibus aperit Act. 10. praevisi visione, in qua ei dicitur: Occide, & manduca; quia nimium capitis est manducare; adeoque mentes infidelium convertere, & Ecclesiam incorporare. Dum primum in Concilio sententiam (quam Jacobus & ceteri probant) profert Act. 15. &c. De quibus & pluribus aliis praerogativis, partim ex Scriptura, partim ex Scriptis Patrum desumptis, fuse Bellarminus lib. 1. de Pontif. c. 10. & 17. usque ad 24.

Possent praeter auctoritates Patrum per occasionem jam allegatas adferri plurimae aliae, & quae clarissimae, quas vide apud Bellarminum l. 1. de Pontif. c. 25.

16. Obicitur I. Apostoli Act. 8. miserunt Petrum cum Joanne in Samariam; maior autem non mittitur à minore. Resp. Apostolos misisse Petrum, non imperio, sed communi, quod etiam Petrus probabat, Consilio; quo modo etiam par parem, minor majorem mittit; v. g. Consilium Regem ad bellum, vel ad certam provinciam, Herodes Magos in Bethleem Matth. 2. Populum summum sacerdotem Phinees ad filios Ruben & Gad, Josue 22. Ipse quoque Pater mittit aequalem Filium ratione originis; quidquid Arrianus inde inferret Filium esse minorem.

17. Obicitur II. Paulus dicit ad Galat. 2. se in faciem restitisse Petro, quia reprehensibilis erat. Unde Ambrosius in d. l. ait: Quis eorum, Apostolorum, auderet Petro primo Apostolo... resistere, nisi alius talis, qui fiducia electionis suae, sciens se non imparem, constanter improbaret, quod ille sine consilio fecerat. Resp. (omissis variis explicationibus hujus loci) etiam inferioris esse, corripere superiorem, praesertim cum scandalo aliorum offendentem Herenex Som. Theol. Pars III.

tem, testè Augustino Epist. 19. cap. 2. & Gregorio Homil. 18. in Ezech. qui inter cetera ait: Ecce à minoribus suo reprehenditur, & reprehendi non designatur. Ad verba Commentarii Ambrosiani. Resp. auctorem (qui non est Ambrosius) agere de paritate in merito Apostolatùs; non in administratione regiminis. Quare idem in illud ad Galat. 1. ait: Dignus fuit, ut caperet videre Petrum, quia primus erat inter Apostolos; cui delegaverat Salvator curam Ecclesiarum.

Obicitur III. Idem Apostolus ad Galat. 2. ait: Mihi enim, qui videbantur esse aliquid, nihil contulerunt. Sed è contrà, cùm vidissent, quodà creditum est mihi Evangelium praepari, sicut Petro circumcissionis... Jacobus & Cephas & Joannes, qui videbantur columna esse, dexteram dederunt mihi & Barnabae Societatis. Ex quibus colligitur partim paritas Pauli & Petri, partim Petro tantum esse commissam curam Judaeorum. Resp. Apostolum significare nihil sibi à Petro vel aliis collatum, quoad doctrinam Evangelicam, quam scilicet Paulus non ab hominibus neque per hominem, sed immediatè à Christo acceperat, ut cap. 1. exaggerat. Sed potius eos cognovisse dicit, sibi mox à conversione conceditum esse munus Evangelizandi Gentibus; primario scilicet (quamvis etiam Judaeis ipsum praedicasse constat ex Act. 13. 14. & 16. uti & litteras scripsisse ad eos, conformiter ad illud Christi ad Ananiam dictum de Paulo Act. 9. Ut portet nomen meum coram Gentibus & Filiis Israël) sicut Petro ex voluntate divina munus evangelizandi primario Judaeis conceditum erat, pro isto scilicet aut praecedenti tempore, quo divisio Provinciarum facta erat ad citius propagandum ubique Evangelium. Quamvis etiam Petrus praedicaverit gentili Cornelio ejusque familiae Act. 10. seque à Deo electum dicat, ut per os ejus Gentes audirent verbum Evangelii Act. 15. ad quod in visione ter creas admonitus Act. 10. Occide & manduca. Quod proinde ut cumulatè impieret, postquam Romam venit, longè lateque etiam inter Gentes Evangelium per se & per alios disseminavit. Dextrae denique datio non est signum omnimodae paritatis, sed quod agnosceretur Paulus tamquam in Apostolatu collega, & tamquam in Evangelica doctrina consentiens, adeoque est signum concordiae in doctrina & animi affectione: ex quo consequenter ostendit Apostolus suam & aliorum Apostolorum doctrinam convenire, pariterque recipiendam esse.

18. Obicitur III. Idem Apostolus ad Galat. 2. ait: Mihi enim, qui videbantur esse aliquid, nihil contulerunt. Sed è contrà, cùm vidissent, quodà creditum est mihi Evangelium praepari, sicut Petro circumcissionis... Jacobus & Cephas & Joannes, qui videbantur columna esse, dexteram dederunt mihi & Barnabae Societatis. Ex quibus colligitur partim paritas Pauli & Petri, partim Petro tantum esse commissam curam Judaeorum. Resp. Apostolum significare nihil sibi à Petro vel aliis collatum, quoad doctrinam Evangelicam, quam scilicet Paulus non ab hominibus neque per hominem, sed immediatè à Christo acceperat, ut cap. 1. exaggerat. Sed potius eos cognovisse dicit, sibi mox à conversione conceditum esse munus Evangelizandi Gentibus; primario scilicet (quamvis etiam Judaeis ipsum praedicasse constat ex Act. 13. 14. & 16. uti & litteras scripsisse ad eos, conformiter ad illud Christi ad Ananiam dictum de Paulo Act. 9. Ut portet nomen meum coram Gentibus & Filiis Israël) sicut Petro ex voluntate divina munus evangelizandi primario Judaeis conceditum erat, pro isto scilicet aut praecedenti tempore, quo divisio Provinciarum facta erat ad citius propagandum ubique Evangelium. Quamvis etiam Petrus praedicaverit gentili Cornelio ejusque familiae Act. 10. seque à Deo electum dicat, ut per os ejus Gentes audirent verbum Evangelii Act. 15. ad quod in visione ter creas admonitus Act. 10. Occide & manduca. Quod proinde ut cumulatè impieret, postquam Romam venit, longè lateque etiam inter Gentes Evangelium per se & per alios disseminavit. Dextrae denique datio non est signum omnimodae paritatis, sed quod agnosceretur Paulus tamquam in Apostolatu collega, & tamquam in Evangelica doctrina consentiens, adeoque est signum concordiae in doctrina & animi affectione: ex quo consequenter ostendit Apostolus suam & aliorum Apostolorum doctrinam convenire, pariterque recipiendam esse.

Similiter nec quod dicat sibi à Petro nil esse collatum.

Paulus etiam Judaeorum & Petrus Gentium Doctor extitit.

Quid significat, quod Petrus dextram dedit Paulo.

19. Dices, si haec ita se habent, cur Paulus per antonomasiam significatur nomine Apostoli? Item cur veteres picturae exhibent Apostolum.



bent Paulum velut honoratiorem à dextris Petri? Resp. ad primum, rationem dari ab *Augustino lib. 3. contra duas Epist. Pelagian. c. 3. Quia p̄dixit est Epistolis notior, & plus omnibus illis laboravit.* Resp. ad secundum, in non paucioribus picturis antiquis, quæ Romæ extant, cerni Paulum à sinistris, juxta *Bellarminum l. 1. de Pontifice c. 27.* Neque in honoribus post mortem delatis attendi dignitatem Ecclesiasticam hujus vitæ, sed sanctitatem & merita. Unde in celebritate officii *Stephanus & Laurentius Levitæ præponuntur* plerisque Pontificibus. Consulto autem ista vicissitudo potuit à veteribus servari, ut significarent paritatem meritorum, aut suam de excessu ignorantiam: etsi enim in auctoritate excelluerit Petrus, in laboribus tamen videtur excelluisse Paulus. Quamvis etiam dextra non fuerit ubique olim locus honoratior, ut *Bellarminus ostendit.*

Cur interdum pictura veteres eum exhibeant à dextris Petri.

Objicitur IV. *Clemens apud Eusebium lib. 2. Histor. cap. 1. ait: Petrus & Jacobus & Joannes post assumptionem Salvatoris, quamvis ab ipso fuerint omnibus penè prelati, tamen non sibi vendicabant primatus gloriam, sed Jacobum qui dicebatur Justus, Apostolorum Episcopum statuunt.* Resp. sic legi ex codice corrupto Basilicensi versionis *Ruffini.* Nam Codex *Coloniensis per Catholicum versus, itemque Lovanienfis apud Sassenum, & Græcus Bibliothecæ Vaticanæ non habent ly Præmatus; & loco Apostolorum habent Jerosolymorum.* Cui lectioni per omnia concordat locus *Clementis* prout refertur à *Nicephoro lib. 2. cap. 3. & cum sententia ipsius Eusebii, qui eodem lib. cap. 14. aliàs 13. Petrum asserit omnium Apostolorum maximum & primorum Principem.* Et planè inauditum est etiam apud Hæreticos, asserere *Jacobum Minorem fuisse Episcopum & caput omnium Apostolorum; quod tamen corrupta lectio significat.*

Paulum fuisse unam cum Petro caput Ecclesiæ ac Pontificem, quidam *Anonymus* tuetur in Epistola Anno 1645. impressâ Parisiis & ad *Innocentium X.* directâ. Ad quam hæresim (qualem esse declaravit & damnavit idem Pontifex 24. Januarij 1645.) firmandam corradit multas auctoritates ex impio *Marco Antonio de Dominis* (qui ex Archiepiscopo Spalathensi factus est scædus à fide Apostata) in quibus variâ & æqualia Encomia tribuuntur Petro & Paulo; videlicet quòd sint Principes Apostolorum, Coryphæi, duo lumina Ecclesiæ, Collegæ: immo ambo interdum vocantur Episcopi Romani, & subsequentes Pontifices interdum dicuntur eorum successores: ut videre est apud *Epiphanium Hæresi 27. ubi textit Catho-*

Locus Clementis I. corruptus discitur.

21. Novella hæresis ab Innocentio X. damnata de duplici Ecclesiæ Capite, Petro & Paulo declaratur.

gum Romanorum Pontificum.

Sed hæc hæresis sine fundamento non efficitur, & hæcenus inaudita, aperte repugnat Scripturis & auctoritatibus præallegatis, in quibus Petrus solus constituitur seu asseitur totius Ecclesiæ, atque adeo etiam ceterorum Apostolorum caput & Pastor ordinarius; & consequenter cum exclusione Pauli, uti reliquorum. Quod aperte tradiderunt Patres, dum singularitatem, usitatem & solitudinem in hac Petri Cathedra ac præeminentia capitis adeo utserunt; ut *Cyrianus Epist. 52. ad Antonianum, Et lib. de Unitat. Ecclesiæ. Pacianus Epist. 3. ad Sympron. Damasus Epist. 2. Augustinus Serm. 49. de Verbis Domini & alibi. Leo Papa Serm. 2. de Natali SS. Petri & Pauli. Et Serm. 3. de Annivers. sua assumpti. Unus (inquit) de toto mundo Petrus eligitur, qui & universarum Gentium vocationi, & omnibus Apostolis, cunctisque Ecclesiæ Patribus præponatur.* Vide etiam *Epist. 84. & 89. Et Optatus lib. 2. contra Parmenianum: Negare non potes, scire te in Urbe Roma Petro primo Cathedram Episcopalem esse collatam, in qua sederit omnium Apostolorum caput Petrus.* Cui soli claves esse concessas præmiserat. Unde est hæc perpetua & indubitata traditio; circa quam nunquam solum dubium fuit motum. Vide plures apud *Diana ad calcem Partis nona Disceptat. 1. de primatu solius D. Petri scilicet. 1.*

22. Eadem refutatur.

Quare etsi paritas fuerit inter Petrum & Paulum, immo & alios Apostolos, in munere Apostolatûs (in quo etiam continebatur potestas universalis extraordinaria illis tamquam Legatis à Christo concessa, ad successores non transfundenda) non tamen in potestate regiminis, quæ Petro tamquam pastori ordinario, in successoribus perennatura, fuit à Christo concessa, vi ejus erat caput & superior etiam ipsius Pauli & aliorum Apostolorum, ei per consequens subiectorum; ut ex Scriptura & Patrum doctrina est manifestum, docentque constanter omnes Catholici Scriptores. Vide *Diana sup. scilicet. 1.*

23. In quo sit paritas inter Petrum & Paulum

Ad auctoritates quæ in oppositum allegantur, fuse respondet *Diana supra scilicet. 3. & totâ Disceptat. 2.* Sed non videtur operæ pretium diu isti somnio, quod cito evanuit, inhære. Brevis itaque dico, nonnulla Patrum Encomia esse etiam ceteris Apostolis communia, ut quòd vocentur fundamenta, columnæ, cardines, collegæ &c. immo patres, scilicet in Apostolatu. At Petrus & Paulus dicuntur Apostolorum Principes, quatenus inter eos eminerunt, ille dignitate seu auctoritate, hic merito doctrinæ & executione exuberantiori muneris Apostolici. Pari ratione dicuntur *Coryphæi, & duo luminaria Ecclesiæ, immo*

24.

Nonnulla Patrum de iis Encomia sunt Apostolis communia.

Cur dicantur Principes quod per Aposto-



*Qu. II. An Pontifex sit successor Petri in regimine Ecclesie. 117*

orum, Co-  
ryphæi, duo  
luminaria,  
collega.

quoad ratione doctrinæ Paulus interdum dicitur luminare majus. Specialiter quoque Collegæ dicuntur præ ceteris, ob fundatam pariter Romanam Ecclesiam, quam & sanguine suo pariter organant. Quod tamen non derogat primatui Petri; uti nec præminentia Cornelii Papæ super Cyprianum, quòd hic *Epist. 52. ad Antonianum* vocet Cornelium collegam suum. In eodem collegio non omnes semper pares sunt.

25.  
An vel quo-  
sensu Pau-  
lus dici pos-  
sit Roma-  
nus Episco-  
pus.

Paulus etiam non proprio, sed satis improprio, nec imitando modo loquendi Episcopus Romanus appellatur ab Epiphano *Heresi 27.* contra communem Iulianum; ob hoc, quòd pariter cum Petro Ecclesiam Romanam fundaverit, & in ea, uti & alibi, munia Episcopalia exercuerit, etsi omni speciali cathedra caruerit. Aliàs paradoxum nimis, quòd ambo simul occupassent propriè eandem Cathedram: neque *Irenæus, Optatus, Augustinus* & alii, qui tenent Catalogum Episcoporum Romanorum, usquam Pauli meminere; sed in ea sedisse unum Petrum (unde & Cathedram Petri, Sedes hæc nomen accepit) affirmant. Itaque Petrus fuit propriè ac titulo Episcopus Romanus, Paulus officio adjutoris Petro subordinati. Alioquin ipse Epiphanius in *Anchorato non longè ab init. & Heres. 51.* Petrum manifestè primum & Principem omnium Apostolorum asserit.

26.  
Quo sensu  
Pontifices  
Romani di-  
cantur suc-  
cessores Pe-  
tri, atque  
etiam Pau-  
li.

Pontifices Romani juxta Epiphanium *Heres. 27. & 41.* dicuntur successores Petri & Pauli, tum quatenus eorum auctoritatem obtinent, tum specialius ob fundatam per illos Ecclesiam Romanam; succedere tamen his diverso modo, Petro quidem propriè tamquam Pastori prædecessori, & quoad clavem potestatis, Paulo quoad clavem scientiæ, utriusque quoad curam & functiones. Dicuntur similiter eorum Vicarii (de quo nomine fuit postea) id est, successores, quòd in labores & functiones eorum specialius introierint. Propriè autem (ut fides docet, & Concilia loquuntur) sint successores Petri & Vicarii ipsius Christi. A quo etiam auctoritatem immediatè accipiunt. Dicuntur tamen, quandoque auctoritate SS. Petri & Pauli quædam facere, id est, non ab eis datà, sed eandem seu simili, quæ in eis fuit; vel (ut alii quando loquuntur) confissi meritis eorumdem.

Item eo-  
sundem  
Vicarii.

QUÆSTIO II.

*An Pontifex Romanus sit Successor Petri, in Regimine Universalis Ecclesie?*

27.  
Primum  
Petro dan-  
tum tam-

INDUBITATUM est fideque certissimum Petro non esse collatum primatum Ecclesie instar privilegii personalis, quod cum *Herinex Sum. Theol. Pars III.*

ipso interierit, sed instar officii stabiliter cum ipsa Ecclesia permanentis. Primum, quia sic loca Scripturæ quasi præ allegata explicat ac intelligit perpetua Traditio; quæ semper perseverantem hunc in Ecclesia primatum agnovit, ut magis patebit ex dicendis. Unde oppositum (quod continetur *art. 27. Joannis Hus*) damnatur in *Concilio Constantiensi sess. 15.* Secundò, quia potestas ista (uti & alia datæ ad absolvendum, conficiendum Sacramenta &c.) non tam collata est ad honorandam personam Petri, quàm ad utilitatem ac ædificationem Ecclesie: quæ non minus, immo amplius indiget visibili pastore succedentibus temporibus, quàm vivente Petro, quando nimirum major est fidelium multitudo, minor eorumdè fervor seu perfectio, Prælati particularium Ecclesiarum minus perfecti & instructi quàm Apostoli, maxima Ecclesie per Tyrannos vel Hæreticos infestatio &c. Confirmatur: quia tam diu debet perseverare potestas hæc, quàm diu durat ratio primæ institutionis; hæc autem subsistit toto tempore militantis Ecclesie. Tertio Ecclesia est ovile usque ad finem sæculi permanentum; adeoque & pastores invicem succedentes retinere debet: cum officium pastoris non debeat cessare, quàm diu ovile cum ovibus subsistit. Confirmatur: quia Christus instar apicis morituri aut in longinqua discessuri oves omnes Petro commisit; quas proinde cum post mortem seu martyrium suum Petrus non regat per se ipsum, debet regere per successores: quarum nimirum curam cum Petro, cum Petri successoribus committat Christus juxta *Chrysostomum l. 2. de Sacerdot. circa init.* Quarto: quia fundamentum ædificii debet esse paris durationis cum ipso ædificio; adeoque primatus Ecclesie debet conservari, quàm diu durat Ecclesia desuper ædificata. Itaque sicut permansit id quod in Christo Petrus creavit, ita permansit, quod in Petro Christus instituit, ut ait *Leo Papa Serm. 2. in Annivers. sua Assumpt.* Et infra: *Manet dispositio veritatis, & B. Petrus in accepta fortitudine petra perseverans, suscepta Ecclesia gubernacula non reliquit;* tum ratione precum, meritum & protectionis suæ, tum etiam ratione successorum Petri, cuius (ut infra ait) *etiam dignitas in indigno herede non deficit.* Quo sensu etiam verissime dixit *Chrysostomus Epist. ad Euzychen: B. Petrus, qui in propria Sede vivit & præsidet, præstat quarentibus fidei veritatem.* Confirmatur: quia ædificatio ipsa Ecclesie durabit usque ad finem mundi, utpote quæ adhuc quotidie ædificatur de lapidibus vivis juxta *Hieronymum* (seu quisquis est Auctor) in *Psal. 121.* Et consonat *Augustinus* in eundem Psalmum; adeoque debet eo usque durare potestas hæc datæ ad Ecclesie ædificationem. Quintò, in Ecclesia, quæ una & eadè omni tem-

quam in  
successori-  
bus per-  
manens  
declatur.

quod in  
Petro  
Christus  
instituit,  
ut ait  
Leo Papa  
Serm. 2.  
in Anniv.  
sua Assumpt.

quod in  
Christo  
Petrus  
creavit,  
ita  
permansit

quod in  
Christo  
Petrus  
creavit,  
ita  
permansit

quod in  
Christo  
Petrus  
creavit,  
ita  
permansit

quod in  
Christo  
Petrus  
creavit,  
ita  
permansit





pore, forma regiminis (quæ est forma ipsius reipublicæ) mutari non debet.

28. Successor itaque Petri Apostoli in primatu Ecclesiæ est Romanus Pontifex; qui proinde est Christi Vicarius. Est assertio contra Novatores nostros indubitata de fide, quam ex professo tractarunt & demonstrarunt ij, qui Controversias hoc & præcedenti sæculo scripserunt. è quibus selectiora damus.

Primum probatur: quia Concilia generalia agnoscent hanc, in Pontifice potestatem: Nam Concilium Ephesinum proficitur se deponere Nestorium ex mandato Cælestini Papæ: ut patet apud Evagrimum l. 2. Histor. cap. 4.

Chalcedonense Act. 1. 2. & 3. passim appellat Leonem Ecclesiæ universalis Episcopum. Et in Epist. ad Leogem (quæ est ad finem Act. 16.) ait: Et post hac omnia insuper & contra ipsum, cui vinea custodia à Salvatore commissa est extendit, Diolcorus scilicet (cujus loco irrepit per lapsum nomen Eutichis apud Wiggers Tract. de Pontifice n. III.) insansam, id est, contra tuam quoque Apostolicam Sanctitatem: quam nimirum præsumperat excommunicare. Quod quidem delictum gravissimè ponderat idem Concilium Epist. ad Marcianum & Valentinianum Imperatorem, quæ habetur post Act. 3.

Synodus VI. & VII. Synodus VI. Act. 18. Summum Papam item Summi Apostolorum Principis successorem asserit Agathonem. Synodus VII. Act. 2. approbat Epistolam Adriani Papæ ad Tharastium, in qua, inter alia, dicitur: Cujus Sedes per totum terrarum orbem primatum obtinens lucet, omniumq; Ecclesiarum Des caput existit.

Lateranense sub Innocentio III. Concilium Lateranense sub Innocentio III. c. 5. Romana Ecclesia, disponente Domino, super omnes alias ordinariæ potestate obtinet principatum, utpote universorum Christi fidelium Orator & magistrus. Lugdunense sub Gregorio X. & refertur c. Ubi periculum, de Elect. in 6. Pontificem vocat Vicarium Jesu Christi, successorem Petri, Rectorem universalis Ecclesiæ, Gregis Dominici directorem.

Florentinum. Denique (ut ostendit Concilia quibus Græci non interfuerunt, v.g. Constantinense sess. 8. in damnatione articulorum Wiclef; Lugdunense I. sub Innocentio IV. & refertur c. 1. de Homicidio in 6.) Florentinum in Litteris Unonis, definitum (inquit) S. Apostolicam Sedem & Romanum Pontificem in universum orbem tenere primatum, & ipsum Pontificem Romanum successorem esse B. Petri Principis Apostolorum, & verum Christi Vicarium, totiusq; Ecclesiæ caput, & omnium Christianorum Patrem ac Doctorem existere, & ipsi in B. Petri pascendi, regendi, & gubernandi universalem Ecclesiam à Domino nostro Jesu Christo plenam potestatem traditam esse.

Idem probatur ex Epistolis sanctorum Pontificum Romanorum (qui prioribus sæculis vixerunt) è quibus clarissima testimonia deprompta vide apud Bellarminum lib. 2. de Rom. Pontif. c. 14. Nonnulla ex iis infra opportunè interferentur.

His accedunt Patres. Irenæus l. 3. c. 3. post alia inquit: Ad hanc enim Ecclesiam (loquitur de Romana) propter potentioris principatum necesse est omnem convenire Ecclesiam &c. Athanasius Epist. ad Felicem Papam: Ob id vos prædecessoresq; vestros, Apostolicos videlicet præfules, in summitatis arce consistite, omniumq; Ecclesiarum curam habere præcepit, ut nobis succurratis &c. Theodoretus per hæreticos depositus atque ejectus Epist. ad Romanum Presbyterum Romanum ait: Quamobrem te precor, ut sanctissimo Archiepiscopo Leoni persuadeas, ut Apostolicam auctoritatem, jubentem ad vestrum Concilium adire. Tenet enim sancta ista sedes gubernacula regendarum cuncti orbis Ecclesiarum. Hieronymus Presbyter Antiochenus Epist. ad Damasum: A Pastore præsidium ovium flagito. Cum successore piscatoris & discipulo crucis loquor. Ego nullum primum, nisi Christum sequens, Beatus inquit, id est, Cathedra Petri, communionem conficior. Super illam petram Ecclesiam adificatam scio &c. Non novi Vitalem, Meletium respicio, ignoro Paulinum. (En quomodo postposito Patriarcha Antiocheno, malit adherere Pontifici Romano) quicumque tecum non colligit, spergit; hoc est, qui Christi non est, Antiochus est. Augustinus Epist. 162. In qua (Romana Ecclesia) semper Apostolica Cathedra viguit principatus. Quem etiam proficitur l. i. contra duas Epist. Pelag. ad Bonifacium Papam c. i. Profer carnis de Ingratis c. 2. canit:

Sedes Roma Petri, que pastoralis honoris Facta caput mundo, quidquid non possidet armis,

Religione tenet. Quibus similia habet Leo Papa Serm. 1. de Nativ. Apost. Petri & Pauli, Romam sic alloquens: Per sacram B. Petri Sedem caput orbis effecta latius præfideret religione divinâ, quam dominatione terrenâ &c. Victor Vicentis lib. 2. de Persecut. Wandalica longè ante med. Ecclesiam Romanam appellat; Caput omnium Ecclesiarum. Vincentius Lyrenensis in suo Commonitorio Pontificem vocat Caput orbis.

Agmen claudat (ut plurima alia Patrum testimonia omittam) Bernardus l. 2. de Considerat. c. 8. Age (inquit) indagemus adhuc diligentius, quis sis, quam geras videlicet pro tempore personam in Ecclesia Dei. Quis es? Saccerdos magnus, summus Pontifex, tu Princeps Episcoporum; tu heres Apostolorum, tu primatus Abel, gubernatu Noë, patriarchatu Abraham, ordine Melchisedech; dignitate Aaron; auctoritate Moyses, judicatu Samuel; potestate Petri, unctione Christi.

29. Idem primatus constat ex Epistolis Sanctorum Pontificum ac testimonio Patrum.

30. Egregia sententia Bernardi has de re.

Primum hunc agnoscent Concilia, etiam presentibus Orientalibus celebrata. Ephesinum.

Chalcedonense.

Synodus VI. & VII.

Lateranense sub Innocentio III.

Lugdunense sub Gregorio X.

Florentinum.



*Qu. II. An Pontifex sit successor Petri in regimine Ecclesia. 119*

Tu es, cui claves tradita, cui oves credita sunt. Sicut quidem & alii cali janitores, gregumq; pastores, sed tu tanto gloriosus, quando & differentius utrumque pra ceteris nomen hereditasti. Habent illi sibi assignatos greges, singuli singulos, tibi universi crediti sunt. uni unus: nec modo ovium sed & Pastorum tu unus omnium es pastor. Et tamen Calvinus hunc (quem sanctum appellat) etiam audeat in sui erroris patrocinium advocare, obiciens vitia quaedam seu abusus Curiae Romanae; quae Bernardus in l. de Confid. taxat: cum non ignoret quilibet sapiens, abusus indigere correctione, non solutione.

Accedunt testimonia Imperatorum. Nam Justinianus ex Oriente scribit ad Joannem II. (& refertur L. 9. Cod. de Summa Trinit.) nec enim patimur quidquam, quod ad Ecclesiarum statum pertinet, quod non etiam vestra innotescat Sanctitati, qua Caput est omnium sanctarum Ecclesiarum. Valentinianus item Imperator Epist. ad Theodosium Imperatorem (quae habetur inter praebulas ad Concilium Chalcedonenle) dicit: Debemus dignitatem propria venerationis B. Apostolo Petro in nostris temporibus conservare; quatenus beatissimus Romana Civitatis Episcopus, cui principatum sacerdotis super omnes antiquitas contulit, locum habeat, ac facultatem de fide, & sacerdotibus iudicare.

31. Accedunt testimonia Imperatorum.

32. Et inducitur prima tus indicia.

Iurisdictio Pontificum in ceteros Episcopos.

Sive eos inducitur.

Sive ab aliis depositos referendo.

Sive ab aliis depositos referendo.

Sive ab aliis depositos referendo.

Alexandrinum, Paulum Constantinopolitanum, Marcellum Ancyranum à Synodo Orientis depositos, Julius I. Nam Cum (ut inquit Zozomenus l. 3. c. 7.) propter Sedis dignitatem cura omnium ad ipsam spectaret, singulis suam Ecclesiam restituit. Theodoretus Episcopatum restituit Leo Papa &c.

Secundo ad Pontifices Romanos tamquam iudices supremos ab Episcopis omnium nationum semper recursum fuit, etiam via appellationis. Summum imperium patens esse constat, ad cuius tribunal Provocatur, inquit ipse Calvinus l. 4. Inst. c. 7. §. 9. De hoc iure appellandi extant duo canones, scilicet quartus & quintus Concilii Sardicenses; quod legitimum fuit ac generale, sed quasi appendix Niceni, sub cuius proinde nomine quandoque Canones huius Concilii citati reperiuntur. Vide Binnum in Praefat. ad D. Concilium. Sic ad Leonem Papam appellarunt S. Flavianus Episcopus Constantinopolitanus, & Theodoretus Episcopus Cyri, quem vide Epist. ad Leonem Papam. Similiter ad Innocentium I. appellavit Chrysothomus à Theophilo depositus; qui Epist. 1. ad Innoc. ait: Obsecro, ut scribas, quòd haec tam iniquè facta non habeant robur: illi autem, qui iniquè egerunt, poena Ecclesiasticarum legum subiacent &c. Petit tamen Epist. 2. ne inimicos suos, etsi meritos, excommunicet. Similiter Athanasius iniquè depositus appellavit ad Julium I. idque ad huc ante Concilium Sardicense, uti testatur initio Apologia 2.

33. Appellati quoque fuit undeque ab Episcopis ad Pontificem.

Ipsi quoque Haeretici hanc viam noscentes inire tentarunt. Nam Marcion à proprio patre Ponti-Episcopo Excommunicatus, Romam spe absolutionis obtinendae venit, teste Epiphano Haeresi 42. Felicissimum & Fortunatum à Cypriano excommunicatos appellasse, aut sine appellatione (de qua Pamela in Notis non satis constat) ad Cornelium Papam recurrisse, constat ex Cypriano Ep. 55. Similiter Basilides in Hispania depositus appellavit ad Stephanum Papam, ut patet ex Cypriano Ep. 68. Neque ibi reprehendit Cyprianus hunc recursum, quasi non esset per se loquendo fas appellandi ad Pontificem; sed quod detestis, etiam ex propria confessione, ut de Basilide refert, criminibus, ac iudicatis, absque specie dubitationis iustis, Romam criminosis currerent animo doloso, speque impnendi Pontifici adeò distanti, ac suos iudices, non minoris utique quam ad tale iudicium par erat sufficientiae & auctoritatis (quod solum intendit Cyprianus Ep. 55. non autem eos aequare Pontifici) divexandi. Unde Ep. 68. ait: Neque enim tam culpandus est ille (Stephanus nimirum qui sanè seculo iure appellandi ad Papam fuisset vel maxime culpandus) cui negligenter obreptum est, quam hic execrandus, qui fraudulenter obrepsit.



Atque ut pluribus non sit opus Exemplis, pro sine sufficiat illud Leonis Papa Ep. 89. ad Viennensis Provincia Episcopos scribentis: Nobiscum vestra Fraternitas recognoscat Apostolicam Sedem, pro sui reverentia, a vestra etiam Provincia sacerdotibus, innumeris relationibus esse consultam, & pro diversarum (quemadmodum veteris consuetudo poscebat) appellatione causarum, aut retractata, aut confirmata fuisse iudicia.

34. Idem Concilia indixerunt, praedixerunt illis, confirmarunt. Iustiones Episcopis deturunt.

In Canonibus dispensantur.

Imperatorum in Oriente degentes Episcopos excommunicant.

35. Alibi habuerunt suos Vicarios.

36. In dubiis ad ipsum velut supremum iudicem undique recurrunt pro respon-

Tertio Romani Pontifices indixerunt etiam antiquitus Generalia Concilia, iis per se aut Legatos praedixerunt, acta, petentibus Conciliis, confirmarunt, interdum pro re nata resciderunt, ut ante dictis liquet.

Quarto litteras ad universos Episcopos, & ad Imperatores tamquam superiores direxerunt, Ordinationes & iustiones dederunt, ut videre est in Epistolis Pontificum apud Bellarminum l. 2. c. 14. & 19. Idem est de dispensationibus in Canonibus Ecclesiasticis, ut patet apud Gregorium l. 12. Ep. 31. & Gelasium Epist. 9. Item de Censuris. Nam Gregorius III. excommunicavit Leonem Imperatorem Graecum teste Zonara in vita Leonis Isauri. Innocentius I. Arcadium & Eudoxiam ob non restitutum Chrylostomum; ut patet ex ejus Epistola apud Nicephorum l. 13. c. 34. Victor I. (teste Eusebio l. 5. c. 24.) excommunicavit Asianos nolentes acquiescere ordinationi de non celebrando Pascha more Judaeorum quartadecima die primi mensis. Quod factum fuit prudenter, etsi a nonnullis, ipsoque Irenaeo, improbatum, non quasi excedens potestatem, sed quasi imprudens.

Quinto, Romani Pontifices passim habuerunt alibi suos Nuntios sive Vicarios, sic tamen ut graviore causas ad se deferri vellent. Sic Leo I. habuit Anastasium Episcopum Thessalonicensem Vicarium per Orientem, ut patet ex Epist. 84. Hormisdas Salustium per Hispaniam, ut patet ex Epist. ad Eupadem. Gelasius Episcopum Constantinopolitanum, ut patet ex Epist. ad Episcopos Dardania, Gregorius Episcopum Arelatensem per Gallias, ut patet ex l. 4. Epist. 52.

Sexto, occurrentibus dubiis aut quaestionibus in fide aut moribus ex diversis orbis plagis ad Pontificem recursum semper fuit, tamquam ad supremum iudicem & oraculum, atque ab eo responsa petebantur. Unde Hieronymus Epist. ad Gerontiam Viduam de monomachia: Ante annos plurimos, cum in Chartis Ecclesiasticis iuvarem Damasum Romanum Orbis Episcopum, & Orientis atque Occidentis Synodicis consultationibus responderem &c. Idemque Damasus Epist. 5. ad Episcopos Numidae: Cuncta quae possunt aliquam recipere dubitationem, ad nos tamquam ad caput, ut semper fuit consuetudo, deferre non desinatis. Syricus Epist. ad Himerium Episcopum Tar-

raconensem c. 15: Explicavi vos, ut abitorum universa quae digesta sunt in querelam, & ad singulas causas, de quibus per scriptum nostrum Basilianum presbyterum ad Romanam Ecclesiam, utpote ad caput sui corporis, retulisti &c. Et Augustinus Epist. 92. ad Innocentium cum Concilio Milevitano rogat eum: Magnis periculis infirmorum membrorum Christi pastoralem diligentiam, quasumus adhibere digneris; coercendo scilicet Pelagianos Palaestinam & Africam infestantes. Innocentius autem Epist. ad Concilium Milevitanum (quae est 92. apud Augustinum) diligenter, inquit, & congrue Apostolico consilii honori. Honoris (inquam) illius, quorum... sollicitudo manet omnium Ecclesiarum: antiqua scilicet regula formam secuti, quam toto semper ab orbe mecum nobis esse servatam. Concilium quoque Carthaginense litteras ad eum direxerat. Ad quas respondens Epist. 91. apud Augustinum Romanam Sedem vocat fontem & Caput omnium Ecclesiarum. De his porro Innocentii Epistolis agens Augustinus Epist. 106. ad Paulinum ait: Ad omnia nobis ille rescripsit eodem modo, quo fas erat, atque oportebat Apostolica Sedis Antistitem.

Septimo de ipso Pontifice nemo potest judicare, quoniam prima Sedes a nemine judicatur; juxta constantem Conciliorum veterum sententiam. Vide ante dicta.

Octavo Romani Pontifex semper habuit curam generalem de conversione Infidelium & propagatione Ecclesiae ac fidei Christianae. Sic Gregorius I. misit Augustinum in Angliam, Gregorius II. Bonifacium in Germaniam, Caelestinus I. Palladium in Scotiam, & alijs temporibus alij Pontifices miserunt plantatores Evangelij, praesertim Religiosos, ad terras Infidelium, & novissimè in Japoniam, & Americam seu novum orbem.

Denique probatur ratione Theologica. Primo: quia cum constet perennare debere Petri primatum, nulli potest is cum apparentia adscribi, nisi Romano Pontifici: neque aliquis praeter ipsum, primum & generalem Ecclesiae cura umquam sibi adscripsit, aut aspiciam alteri ab alijs adscripta fuit. Et quidem de solo Antiocheno Episcopo posset quis cogitare, ei usque primatum deberi, veluti successori petri. Porro tantum abest, ut nequidem sit habitus primus post Romanum Pontificem Patriarcha, sed illum praecesserit, etiam tempore Niceni Concilij, Patriarcha Alexandrinus, etsi non sit Sedes alicujus Apostoli, sed Marci Evangelistae. Ratio autem est, quod Petro relinquente Sedem Episcopalem Antiochenam Accedi tantum potuerit in illa speciali Cathedra: cum Petrus adhuc retineret tunc regimen universalis Ecclesiae, non detur autem locus successioni, nisi locus vacet per cessionem, & dispositionem aut mortem.

37. Pontifex ob suam praeminentiam nemo potest judicare.

Idem semper curam habuit propagandae fidei.

38. Accedit ratio Theologica.

Cum primatus non detur Cathedrae Antiochena.



Qu. II. An Pontifex sit successor Petri in regimine Ecclesie. 121

mortem. Assumens itaque dein Petrus Sedem Romanam, & in ea regimen simul universalis Ecclesie usque ad mortem retinens, successorem consequenter habuit in primatu Ecclesie eundem, qui erat successor in Episcopatu Romano.

Deinde non potest assignari cum fundamento tempus, quo primò cæperit primatus Pontifici Romano adscribi, quin possit ostendi illum in Pontifice antèrius esse agnitus, usque ad ipsum B. Petrum. Estque incredibile Ecclesiam toto tempore errasse in tam gravi re, agnoscendo scilicet caput, quod verè non est tale.

39. An Petrus Romæ sedes & obiectus.

Heretici porrò nonnulli ex invidia primatus Romani splendidissimum mendacium finxerunt, Petrum scilicet Romæ numquam fuisse, neque Ecclesiam Romanam fundasse, aut Episcopum ibi fuisse, denique ibi mortuum non fuisse. Verum repugnat tota antiquitas: uno enim ore omnes veteres Historici & patres asserunt oppositum: immo quotquot de morte Petri scribunt (quorum sententiam Probat universus Orbis Christianus, & Ecclesia in Hymno de Apostolis Petro & Paulo) asserunt Romæ martyrio coronatum; ubi proinde usque ad mortem reledit, non desertà aut translata aliò Sede suà. Unde Romana Sedes à Patribus unà voce Petri Sedes seu Cathedra vocatur; & Romani Episcopi successores Petri, sedereque in Petri Cathedra dicuntur. Unde Prosper Carm. de Ingratis Canit.

Cur Paulus enim in Epistola ad Romanos specialiter non salutari.

Sedes Roma Petri, que pastoralis honoris facta caput mundo &c.

Nec refert, quòd Paulus scribens ad Romanos non iusserit salutari Petrum. Aliàs enim pariter sequitur Joannem non fuisse Episcopum Ephesi, utpote quem Paulus in Epistola ad Ephesios non iussit specialiter salutari; neque Jacobum Episcopum Jerosolymorum, quia non fit mentio eiusdem in Epistola ad Hebræos. Itaque facile potuit subesse ratio non salutandi Petrum, v. g. quòd Petrus eo tempore Romam per edictum Claudii pulsus, eò nonnum redierat, conscio saltem Paulo (aliàs ipse Petrus composuisset questionem, ob quam Paulus movebatur ad scribendum) occupatusque eras in Evangelio disseminando, non uno scilicet loco consistens. Vide fuscè Bellarminum l. 2. de Pontif. usque ad c. 12.

40. Ex concessione Principum proventum Primatum & a Hereticis ministrum.

Obijciunt I.R. Romani Pontifices obtinuerunt primatum ex institutione Constantini magni, ex C. Constantinus. d. 96. Aut certe (ut Lutherus somniat) ex delatione Constantini IV. teste Platina in vita Benedicti II. Aut denique (ut Calvinus) ex dono Phocæ Imperatoris primatū in Græcos obtinuit. Hic enim (ut ait Beda l. de sex atatibus ad annum mundi 4557.) rogante Papa Bonifacio statuit Sedem Romanam & Apostolica Ecclesia caput esse omnium Eccle-

siarum, quia Ecclesia Constantinopolitana primam se omnium Ecclesiarum scribebat. In Gallos autem & Germanos primū à Pipino, dein à Carolo magno Pontifici datum esse primatum, contendit idem Calvinus l. 4. c. 7. §. 17.

Resp. Constantinum non instituisse, sed approbasse, declarasse, & suā sanctione observari iussisse præminentiam & auctoritatem Pontificis Romani, dudum præexistente ex institutione Christi, prout eodem Canone (quem nihilominus supposititium esse contendunt Lutherani & Calvinistæ) fatetur Constantinus, tribuens plura jura temporalia Romæ Ecclesie, imperiumque transferens, quoniam (inquit) ubi principatus sacerdotum & Christiana Religio caput ab Imperatore caelesti constitutum est, iustum non est, ut illic Imperator terrenus habeat potestatem.

Quid ordi-averit de eo Constantinus Magnus.

Constantinus IV. (quem alii III. vocant) nil egit de primatu, sed de electione, circa quam cum jus se habere crederet, usurpatum à prædecessoribus, sanctitate Benedicti II. permotus, sancivit, ut Clerus Romanus deinceps liberam haberet electionem, citra cujusvis alterius auctoritatem. Sic Platina in vita Benedicti II.

41. An vel quid Constantinus Pogonatus.

Phocas quidem sancivit id quod Beda scribit; at non aliquid novi tribuendo, sed quod Pontifici jam olim competebar declarando & asserendo, superbiamque Episcopi Constantinopolitani, qui se Romano Pontifici æquare volebat, compeccendo. Alioquin Gregorius annis circiter quinque ante Phocæ imperium l. 7. Epist. 63. scribit: De Constantinopolitana Ecclesia quod dicunt, quis eam dubitet Sedis Apostolicæ esse subjectam? Quod subdit assidue profiteri Imperatorem, & Eusebium ejusdem Sedis Episcopum. Et dudum ante Gregorium Valentinianus Imperator Epist. ad Theodosium; & ante Valentinianum Justinianus Senior Epist. ad Joannem N. & ante, alii Græci, Zozomenus, Theodoretus, Albanasius & alii idem professi sunt; ut patet ex testimoniis præallegatis.

Quid Phocas.

Equè frivolum & falsum est, quod Calvinus (qui alia splendida mendacia suæ narrationi admiscet) de Pipino & Carolo è suo cerebro effinxit, sine alio anteriori auctore, qui fidem faciat. Sanè S. Bonifacii Epist. ad Zachariam Papam, scripta tempore Carolomanni, multimodè subjectione Germanorum ad Pontificem declarat. Et meritò: Cum (teste Beda l. 2. Hist. Angl. c. 1. qui circiter centum annis Pipinum præcessit) Gregorius in toto orbe gereret Pontificatum, ducentis ferè ante Pipinum annis. Qui proinde vices suas in Galliis committit Episcopo Arelatensi, præcipiendo, ut graviore causas ad Sedis Apostolicæ iudicium referat. Et Leo Papa (qui 350. annis Pipinum antecessit) Epist. 89. ad Episcopos Provinciæ Viennensis in Gallia exerci-

42. Mendacium Calvinii primatum in gallos & germanos referentis in Pipino & Carolomagno concessione refellit.

tium

43. IV. ad ca. 1. de primatu.



tium jurisdictionis Apostolicae in Consultationibus & appellationibus patenter ostendit & quidem facta mentione ceteris consuetudinibus. Et *Cyprianus* (qui amplius 500. annis *Pipinum* praecessit) *Epist.* 67. rogat *Stephanum* Papam, ut *Arelatensem* Episcopum deponat, & alium substituat.

43. Arguitur esse referendum in Concilio aut Consensum Apostolorum.

Objicitur I. Saltem Primatus est Romanis Pontificibus datus per Concilia generalia, ut colligitur ex *Novella* 131. *Justiniani* & aliis Auctoritatibus, eo quod nimirum Roma esset Sedes imperii. Propter quod translata Sede Imperii concessa est *Constantinopolitano* Episcopo primatus post *Romanum* in *Concilio Chalcedonensi Act.* 16. Unde etiam in solum morem seu consuetudinem id refertur a *Concilio Niceno Can.* 6. Ante quod sane sibi quisque vivebat, & ad Romanam Ecclesiam parvus habebatur respectus, teste *Aeneas Sylvio* (qui postea *Pius II*) *Epist.* 301. ut citat *Illyricus*. Aut certe si non in Conciliis, certe ipsorum Apostolorum ordinationem iste primatus Romanae Ecclesiae est referendus, qui ita voluerunt, ut habet *Julius I. Epist.* 1. & ante ipsum *Anacletus Epist.* 2. dicens: *Ceteri Apostoli, cum eo, Petro, pari consortio honorem & potestatem acceperunt, ipsumque Principem suum esse voluerunt.*

Falsissimum est oriri ex Concilio.

Resp. S. Romana Ecclesia nullis Synodis constituta ceteris Ecclesiis praelata est, sed Evangelica voce Domini & Salvatoris nostri primatum obtinuit; ut loquitur *Gregorius* in Concilio septuaginta Episcoporum, & clarissime patet ex probationibus praemissis. Primatum istum Concilia solum declarant (quo termino utitur *Joannes II. in Epist. ad Justinianum*) asserunt, & quantum in se est confirmant. Alioquin ista privilegia huic S. Ecclesiae a Christo donata sunt, a Synodis non donata sed celebrata & venerata &c. ut loquitur *Nicolaus I. Epist.* 8. Longe postmodum *Michaelis Imperatorem*.

Habita ab iis Consideratione ubi Imperialis.

Quare falsissimum est & refellitur a *Leone Papa Epist.* 54. ad *Marcianum*. *Gregorius* *Epist.* ad *Episcopos Dardaniae* concessum fuisse a Patribus primatum ob hoc, quod Roma esset Civitas Imperii. Sane etiam plures aliae Civitates, v. g. *Mediolanum*, *Nicomedia* &c. multo tempore fuere Sedes Imperii, nec tamen Episcopis earum concessere Patres ullum primatum. Decretum Concilii Chalcedonensis primo absentibus, Dein repugnantibus Legatis Papae stabilitum constat ex non uno loco *Leonis Papae* fuisse rescisum per eundem, etsi enixe postulata ab eo esset per litteras Concilii (quod ipsum est manifestum superioritatis signum) illius Decreti confirmatio.

44. Canon VI. Synodi Nicena declaravit.

Canon VI. Niceni Concilii (prout hodie circumfertur) caret initio hoc: *Ecclesia Romana semper habuit primatum: mos autem perduret &c.* Sic enim hunc Canonem citavit *Paschasius* Legatus *Leonis Papae* in *Concilio Chalcedonensi Act.* 16. quo lecto,

& auditis ceterorum votis seu depositionibus, Judices dixerunt: *Pendamus omnem quidem primatum & honorem praecipuum secundum canones, antiqua Roma Deo amantissimo Archiepiscopo conservari.* Sic etiam ex Graeco vertit ante annos mille & centum *Dionysius Exiguus*, legiturque ita in valde vetusto Codice Abbatiae S. Vedasti *Atrebari*, teste *Pamelso* in *Not. ad Cypr. de Unit. Ecclesia n.* 14. Aliunde etiam constat *Canones Nicaenos* esse jam olim mutilatos. Verba porro subsequencia Canonis, in quibus statuitur, ut juxta morem antiquum Episcopus Alexandrinus habeat omnium potestatem in *Aegypto*, *Lybia* & *Pentapoli*, quoniam quidem & Episcopo Romano parvis mos est, seu quoniam talis est Episcopo Romano consuetudo; subintellige, permittendi hanc potestatem Episcopo Alexandrino, seu regendi istas provincias per ipsum; prout intellexit *Nicolaus I. Epist. ad Michaelis Imperat.* Nec alia vero similis Expositio appareret, ut videre est apud *Bellarminum* l. 2. c. 13.

*Aeneas Sylvius* (qui *Epist. cit. ad Martinum Majer*, mihi 228. *Bellarmino* autem 288. totus est in probando primatu tamquam proveniente ex institutione Christi) significat ob persecutionem fuisse Episcopos coactos sibi vivere, non tantum respiciendo ad Ecclesiam Romanam, veluti eo tempore magis impediam. Constat tamen ipsos etiam ante *Nicaenum Concilium* exercuisse & ostendisse suum primatum; neque respectum adeo exiguum erga ipsos habitum fuisse. Denique Apostoli voluerunt, approbando & declarando, non instituendo, Primatum esse penes Petrum. Alioquin S. Romana & Apostolica Ecclesia non ab Apostolis, sed ab ipso Domino Salvatore nostro primatum obtinuit, sicut ipse *B. Petrus* Apostolo dixit *Tu es Petrus &c.* ut exprimit idem *Anacletus Epist.* 3.

45. Verba Aeneae sylvii explicatur.

Quo sensu Apostoli voluerunt Petrum esse suum Principem.

Objicitur III. *Gregorius Magnus* l. 4. *Epist.* 32. & alibi valde reprehendit nomen Episcopi universalis, dicens esse nomen blasphemiae, profanum & sacrilegum, ideoque neminem e Praedecessoribus eo uti voluisse, tametsi in Concilio Chalcedonensi ob honorem S. Petri fuisset oblatum.

46.

Resp. Dupliciter potest aliquem dici Episcopum universalem. Primo, ut ceteri non sint veri Episcopi, sed solum vicarii alterius, qui sic vocaretur. Prout Nuntii Apostolici sunt Vicarii Papae in suis Nuntiaturis. Et hoc sensu *Gregorius supra* intelletur istud nomen. Unde *lib. 4. Epist.* 38. deplorat, quod Episcopus *Constantinopolitanus* istud nomen sibi arrogans, solus appeterat appellari Episcopus. Nam si unus universalis est (inquit l. 7. *Ep. 69. ad Eusebium*) restat, ut vos Episcopi non sitis. Vide etiam l. 4. *Epist.* 36.

Nomen Episcopi universalis quo sensu improbandum, & ne dispute quidem tribuendum.

Secundo potest accipi, ut sit idem, quod Episcopus habens generalem curam universalis

47. Quo sensu



idem sed  
soli compa-  
rat.

A Gregorius  
cur non u-  
surpatum.

An impro-  
batum.

falis Ecclesiae, sic ut ceteri Episcopi sint quidem ei subordinati, tamen Fratres, Collegae & veri Episcopi ac Pastores suarum Ecclesiarum. Et hoc sensu nomen istud optimè convenit Romano Pontifici, utpote propriè expressivum muneris ejusdem. Et quamvis ob novitatem & ad cautelam ac periculum mali intellectus vir humilis S. Gregorius eo uti noluerit (qui potius se servum servorum Dei nominavit) tum etiam ad magis efficaciter retundendam arrogantiam Episcopi Constantinopolitani, cui ne hoc quidem sensu nomen istud competeat: tamen ignorare non potuit Gregorius istud in tali acceptione Pontifici competere, immo in æquivalenti à Prædecessoribus usurpatum: cum Sixtus I. Epist. 2. Victor I. Epist. 1. Stephanus I. Epist. 2. & Leo Papa Epist. 54. 62. 65. & 97. se scribant Episcopos Ecclesie universalis (quod coincidit quo ad rem cum nomine Episcopi universalis posteriori sensu accepto) neque etiam improbet Gregorius factum Concilii Chalcedonenfis (quod pro sancto habet) nomen istud Leoni Papæ offerentis, adeoque censentis ei bono sensu convenire; quod in variis quoque Epistolis, quæ in dicto Concilio leguntur Leoni Papæ tribuitur. Adde ipsam Gregorium tot locis exaggerare & usurpare jurisdictionem universalem, & asserere superioritatem etiam in ipsam Sedem Constantinopolitanam, ut ipso facto convinctur agnovisse, quod nomen hoc sensu intellectum Papæ competat. Unde Epist. 32. cit. ait, *Cunctis Evangelium scientibus liquet, quod voce Dominica Sancto & omnium Apostolorum principi Apostolo Petro totius Ecclesie cura commissæ est. . . . Ecce. . . . Cura ex totius Ecclesie & principatus committitur, & tamen universalis Apostolus non vocatur; sensu scilicet prius improbat, ut alii non sint pariter Apostoli, etsi Petro inferiores.*

Diana interfuit. Itaque Vicarius seu vices gerens alterius principalis in suo munere permanentis, ex eisdem concessione, est eo inferior, & substitutus minister; quo sensu Pontifex est Vicarius Christi. At vices gerens alterius, in munere suo deficientis, ratione successionis, est æqualis cum eo; prout Pontifices sunt Vicarii S. Petri, immo & Prædecessorum, juxta illud Cypriani Epist. 67. ad Stephanum Papam: *Qui Vicarius & Successor eorum Cornelii & Lucii factus es.* Unde Philippus Præbyter, scdis Apostolicæ legatus To. 2. Concilio Ephesini c. 16. de Cælestino Papa dicit, quod sit S. Petri Ordinarius successor & Vicarius. Et Bernardus, qui Epist. 183. Pontificem vocat Vicarium Petri, l. 2. de Consid. c. 8. eundem appellat Vicarium Christi, & potestate Petrum. Itaque vices Christi gerit ex ejus concessione, Petri ex successionem. Quamvis quia Petrus etiam munus meritis & protectione sua intendit Ecclesie, & eam impropiè regit (uti interdum infinuant Patres) consequenter etiam ejus adhuc quasi gubernantis Vicarii impropiè dici possent Pontifices.

Notandum etiam nomine Sedis Apostolicæ absolute posito intelligi Romanam juxta phrasim Veterum, signanter Augustini Epist. 106. (etsi alioquin etiam Antiochena, Hierosolymitana & Ephesina sint Apostolicæ) nimirum quia in ea viget *Cathedra Apostolica principatus*, ut idem loquitur Epist. 162. Immo munus Romani Pontificis appellatur Apostolatus; ut loquitur Legati Leonis I. in Concilio Chalcedonensi Act. 1. Episcopi Galliæ Epist. 51. inter Epistolas Leonis. Bernardus Epist. 190. ad Innocentium Honorius Imperator Epist. ad Bonifacium. Quia nimirum præ aliis Episcopis Sedium Apostolicarum succedit aliquo modo in ipso Apostolatu, quoad potestatem universalem & curam universi Orbis Christiani, & si non quoad immediatum Verbi à Deo accepti ministerium; vi cuius Apostolorum scripta seu libri sunt Scriptura sacra.

Sed cum constet Primatum quatenus in Successoribus Petri (qui sunt de facto Romani Pontifices) permanentem esse juris divini, dubium movetur, an conjunctio primatus cum Romana Sede sit similiter juris divini? Resp. Christum, in prima institutione de hoc nil determinasse, ideoque Petrum in principio nullam particularem Sedem, dein Antiochenam assumpsisse. Qui pari libertate potuisset aliam assumere. Et si nullâ Sede delectâ obiisset, Successor ejus fuisset deligendus juxta modum ab Ecclesia pro tempore ordinandum. Si Antiochiæ ulque ad obitum Sedem fixisset, pariter successisset Episcopus Antiochenus. Quod itaque modo succedat Episcopus Romanus, initium habet ex facto Petri, qui Cathedram Antiochenam relicta, Sedem Romanam sta-

50.  
Nominè se-  
dæ Aposto-  
licæ intelli-  
gitur Ro-  
mannæ, &  
quæ.

Unus Ro-  
mani Pon-  
tificis voca-  
tur Apo-  
stolatus, &  
quæ.

51.  
Conjunctio  
Primatus  
cum Roma-  
na Cathedra  
oritur  
ex facto Pe-  
tri.

48.  
An Cartha-  
ginense III.  
hunc ritum  
solum Podis-  
fici non tri-  
buendum  
deceverit.

49.  
An quo-  
sensu Ponti-  
fices dici  
possint Vica-  
rii S. Petri.

Allegant Nonnulli, quoque illud, *Universalis autem nec Romanus Pontifex appellatur*; quasi decretum Synodi Carthaginensis III. Verum non sunt verba Synodi, sed Gratiani, qui illa post Can. *Præmæ Sedis d. 99.* desumptum ex Synodo, subijcit velut titulum sequentis Canonis. Ipsa autem Synodus agens de Episcopis Africanis prohibet, ne quis ex iis se vocet Principem sacerdotum. Gratianus verò loquitur instar Gregorii, etsi ejus auctoritas alioquin minus curanda sit.

Petres quomodo varii Patres & Concilia antiqua apud Diana P. 12. Tr. 3. Resol. 1. Pontificem appellant Vicarium Petri, si sit illius cum æqualitate successor, cum Vicarius sit inferior eo cuius vices gerit? Resp. Vicarium ibi confundi cum successore; prout fit etiam in ipso Pontificali Romano, in quo Pontifex dicitur Vicarius S. Petri. Quod etiam in correctis Editionibus remansit jussu Urbani VIII. cui ipse



mae stabiliter fixit, Episcopatuque Romano immortuus, Pontificatum universalem ei conjunxit. Indeque Romana à Patribus agnoscitur tanquam prima Sedes, Petri Cathedra, Caput omnium Ecclesiarum &c.

<sup>52.</sup> Nihilominus *Driedo, Canus, Suarez, Bel-*  
*larminus* & passim Recentiores contra Nonnullos, signanter *Soto 4. d. 24. q. 2. art. 5.*, censent probabilissimum, quod hic etiam intercessit voluntas & iustio Christi, ex qua Petrus Romae Sedem fixerit, ibique usque ad mortem tanquam Romanus & summus Pontifex resederit. Quod insinuat *Marcellus 1. Diss. 1.* ad Episcopos per Antiochiam constitutos, & refertur c. *Rogamus 24. q. 1. Eius* (inquit) *Sedes primitus apud vos fuit, qua postea iubente Domino Romam translata est.* Christi quoque voluntas de Sede Romae firmanda colligitur ex eo, quod voluerit (ut Patres testantur) Petrum ibidem mori: utique ad praefatum finem. Unde (ut referunt *Ambrosius, Gregorius, Innocentius III. c. Per Venerabilem, Qui filii sint legitimi*) Petro Romam fugienti occurrens dixit: *Venio Romam iterum crucifigi.*

<sup>53.</sup> Congruentia.

Congruentia, ut sicut est unus certus Pontifex, sic & certa & immobilis ejus Sedes: cui quidem immobilitati maxime deserviebat iustio Christi, utpote per homines non variabilis. Et sane eventus docet Cathedram seu Sedem Romanam hactenus non fuisse umquam à Pontificibus desertam, aliamve ejus loco assumptam non obstantem tot saeculorum gravissimam contra Romanos Pontifices Imperatorum gentilium persecutione, & subsequenter vexationibus, quas Roma à Gothis & Longobardis passa est, ipsa denique Populi Romani adversus Pontifices gravissimam diurnaque inimicitia. Neque etiam dum Avinione in Galliis per annos septuaginta resedit Papa cum Curia, fuit Cathedra Romana à Pontificibus derelicta aut à Papatu separata. Quod planè divinam quamdam Ordinationem indicat circa hanc rem.

<sup>54.</sup> Iudicium Auctoris.

Quamvis ex praemissis aut nullis aliis allegari solitis hactenus mihi non constet, hic subesse propriè dictum praecipuum potestatum Christi. Potuisset enim Christi intentio Petro revelata fuisse absque stricto praecipuo, seu absque eo, quod potestas Petri aut Pontificum esset restricta, quin nihilominus possent transferre Sedem. Potuisset etiam praecipuum affecisse personam Petri, non Successorum, quibus utique non est satis clarè intimatum. Auctoritates enim non sunt adeò peremptoriae, ut patet consideranti. Id omnino credibile est, ex speciali providentia Christi, numquam Pontifices relicta Romanam assumpturos aliam Sedem.

### QUAESTIO III.

#### De Electione, Renuntiatione ac Depositione Romani Pontificis.

<sup>54.</sup> <sup>Mos vetus eligendi Pontificem.</sup>  
M<sup>o</sup>odus electionis à Christo non praescriptus, in Ecclesia non semper idem servatus fuit. Et primò quidem Cleri popularique suffragiis eligebatur, ut omnes tradunt; nec non ab Episcopis, quos adesse contingeret, ut colligit *Pamelius in Notis ad Epist. 52. Cypriani num. 29.* ex illis Sancti verbis: *Et factus est, Cornelius, Episcopus à pluribus Collegiis nostris*, id est, Episcopis & clericorum (ut ait *Cyprianus*) testimonio & plebis suffragio. Juxta *Azorium p. 2. lib. 4. cap. 2. q. 4.* id ita contingebat, ut populi esset nominatio seu sortitio, Cleri (qui non cogebatur jure admittere postulatam) electio, Episcoporum consecratio. Mos iste plurimis saeculis perduravit, donec ad fideles Cardinales jus illud devolutum est (quorum eminentia exinde sensim augetur) & quidem eà lege, subsecuta in Concilio Lateranensi sub *Alexandro III.* (quae refertur c. *Licet, de Elect.*) ut adesse debeat consensus duarum partium, scilicet tertiarum, Cardinalium.

<sup>55.</sup> <sup>Quid olim jure vel factis circa electionem egerit potestas saecularis.</sup>  
Interim multis saeculis sese immiscuerunt Gothi Italiae Reges, iisque expulsi, Imperatores Orientis, exacta pecuniarum summa confirmantes electionem Cleri, Pontificibus eam dare coactis. Quam iniquitatem deplorat *Gregorius in illud Psal. 5. Peccantem. Totà die exprobrabant mihi inimici mei.* At *Constantinus Pogonatus* primò pecuniarum onus, dein totam electionem liberam remisit citra recursum ad potestatem saecularem. Sed non ita diu post concessit jus per Imperatores malè tributum Italiae Exarchis, ut non nisi eorum requisito consensu Pontifex sederet. Rursus *Adrianus I.* (ut ex *Pamelio supra* refert *Sylvius 1. 4. Controv. q. 1. art. 3.*) convocata Synodo jus electionis dedit *Carolo Magno* ob pullos Italiae Longobardos; & refertur c. *Adrianus 22. d. 66.* Sed esse imposturam *Sigeberti* (ex quo *Gratianus* nimis credulus id suo Decreto totidem verbis inseruit, alique similiter decepti sunt) ostendit *Baronius ad annum 774.* Hoc saltem jus ejus filius *Ludovicus Pius* admittere noluit; admiserunt tamen (teste *Azorio sup. q. 2.*) ejus Successores in Imperio, donec *Adrianus III.* id ipsis ademit. Quod *Othoni I.* restituit Clerus popularique Romanus juxta *Pamelium & Sylvium supra.* Sed illegitimè factam enim, id fuit à *Leone VIII.* Pleu-do-Papa in Conciliabulo illegitimo; quòd sine debita annotatione tractat & refert *Gratianus c. In Synodo, d. 63.* De quo *Baronius ad annum 964.* Quod nihilominus à variis successoribus *Othonis* (etiam non



non ab Henrico I.) usurpatum Gregorius VII. cassavit.

56. An possit Pontifex sibi deligere successorem.

Varii asserunt.

Plerique negant. Probatur.

Respondetur ad factum Petri designantis Clementem successorem.

57. Quando accipiat Pontifex hanc potestatem.

Circa modum electionis dubium est inter Doctores, an possit Papa sibi designare Successorem? Sic enim Petrus designavit Clementem, ut habet vulgata Historia; quilibet autem Pontifex est potestate Petrus. Deinde id non reperitur jure altiori, supra quod non sit Pontifex, interdictum. Denique cum possit determinare unum vel plures, qui eligant Successorem; cur nequeat ipsemet illum eligere? Ita *Victoria, Martinus Ledesma, Vasquez, Arriaga* disp. 7. scilicet. 7. num. 47.

Plerique tamen contradicunt cum *Azorio sup. c. 5. q. 3. Diana p. 10. Tr. 5. Resol. 4.* Eo quod illa potestas cederet in destructionem, & ex ea innumera sequerentur in Ecclesia mala, hereditaria quoque (ut sic dicam) fieri posset Pontificia dignitas: adeoque censetur Christus in institutione permanentis primatus reliquisse liberam Ecclesie electionem Successoris post mortem. Oppositamque sententiam ut falsam (teste *Andrea Victorello in Addit. ad Cracon. in vita Pii IV.* ut refert *Diana sup.*) rejiciendam censuit Pius IV. qui auditis Cardinalium sententijs declarare intendebat, Pontificem non posse successorem adjectoremve cum futura successione sibi deligere. Immo Bonifacius II. cum tenuisset Vigilium Diaconum ex ejusdem procuratore sibi successorem ordinare, facta iterum Synodo reum idcirco se esse confessus est Majestatis, & Decretum sua subscriptione munitum in presentia Cleri & Senatūs combussit, teste *Baronio ad annum 571.* ubi addit, Bonifacium ad aliorum exemplum citat ex hac vita à Deo subtractum. Cujus quoque attentatum reprobat *Jus successor mediatus Agapetus*, teste *Anastasio* in ejus vita.

Neque ullus alius post S. Petrum sibi successorem delegit: quod signum est, non subesse id faciendi potestatem. Ad ipsius S. Petri factum variè Varii respondent, scilicet de ipso facto non satis constare, cum revera (quidquid Nonnulli se esse senserint) Petro non successerit de facto Clementem, sed Lino & Cleto: vel Petrum id egisse ex divina inspiratione, seu speciali Dei impulsu: vel certe ex quadam excellentia potestatis: vel denique non propriè elegisse, sed nominasse seu designasse, accedente consensu Cleri & populi sequentis desiderium S. Petri.

Potes, quando, & à quo Pontifex electus accipiat potestatem? Respon. ipsum accipere totam suam potestatem jurisdictionis à tempore facte electionis, etiam ante consecrationem, immo ante omnem ordinationem, uti certissimum est. Si tamen non sit adhuc sacerdos aut Episcopus, constat, ei ante ordinationem susceptam non

*Herincx Sum. Theol. Pars III.*

competere actus Ordinis correspondentes per ipsum exercendi. Potestatem autem accipit immediatè ab ipso Christo juxta unanimum Doctorum sententiam; sic ut electores designent solum personam, quam primum autem electum est, Pontifex, supremam à Deo potestatem sine medio consequatur; ut inquit *Pius II. in Bulla Retrallat.* Potestas ista porro continetur in verbis Christi etiam ad Successores Petri directis: *Tibi dabo claves &c. Pasce oves meas.* Deinde Vicarius accipit suam vicariam potestatem immediatè ab habente potestatem absolutam, cujus est vicarius. Præterea non potest illam accipere ab Ecclesia; ut pote quæ in ipsa originaliter non residet, seu quæ non habet potestatem capituli, nisi in ipso suo capite. Confirmatur: quia omnis potestas datur, vel à superiore, qui in presenti est solus Christus; vel à multitudine, quæ jus & auctoritatem habeat in isto genere se regendi, prout in presenti non habet populus. Nec mirum, quod potestas in presenti non conferatur per electores: quia etiam multi habent jus nominandi, presentandi, aut eligendi aliquam personam v.g. ad decanatum, Episcopatum &c. qui tamen nullam ei conferunt potestatem spiritualem.

Et à quo.

Quod attinet renuntiationem, Pontificem posse suam voluntate abdicare à se dignitatem Papalem, satis constat post factum S. Cælestini V. renuntiantis Pontificati dudum obtento, prævia declaratione, quod hoc ipsum Papa possit, et testatur Bonifacius VIII. c. 1. de Renuntiat. in 6. volens hoc ipsum tamquam jus haberi ac servari.

58. Pontifex sibi potest abdicare Papatum.

Unde non obstat, quod Cælestino III. infirmo, dum renuntiare vellet Papatus, cupiens eligi Joannem de S. Paulo, dixerint Cardinales, inauditum esse in Ecclesia, ut Pontifex se ipsum deponat: hoc enim cessat per posterius exemplum & declarationem.

Occurritur objectionibus.

Non obstat etiam, quod renuntiatio fit facienda in manibus Superioris c. *Admonet, de Renuntiat.* Nam id intelligendum est de iis, qui superiorem habent.

Non obstat denique, quod Pontificia dignitas tribuatur à Deo. Nam tribuitur dependenter à personæ electæ consensu; adeoque contrariâ voluntate potest dissolvi seu tolli. Sicut gratia à Deo insula tollitur voluntate humanâ.

Quoad depositionem, receptum est communi consensu Doctorum, non posse indubitatum Pontificem contra suam voluntatem deponi, quantumvis pessimus foret, extra casum scilicet hæresis aut perpetuæ amentie. Est autem contra *Glossam* in c. *Si Papa, d. 40. Verb. A fide devius.* Quæ equidem (quod miror) relicta fuit in decreto jussu Gregorii XIII. edito; atque olim

59. Deponi in vicium nequit, quantumvis pessimus.



olim tempore Eugenii IV. turbavit Ecclesiam, & offendit multorum animos & aures, & causa fuit maximæ alterationis tempore Julii II. Nonnullis eam Canonistis approbantibus, ceteris improbantibus. Probatur: quia ob solam hæresim posse de Papa judicari, tradunt Auctoritates. Sic enim tradit S. Bonifacius Episcopus Moguntinus c. Si Papa d. 40. Adrianus II. in Synodo Romana, cujus acta lecta fuerunt in Synodo VIII. Generali *Art. 7.* Unde est de cetero vox Conciliorum: *Prima Sedes à nemine judicatur.* Et cum Carolus Magnus congregasset Romæ in Ecclesia S. Petri Episcopos Italiae & Franciæ ad examinanda crimina falsò imposita Leoni III. omnes Antifites uno ore protestati sunt (ut refert *Baronius ad annum 800.*) *Se Apostolicam Sedem, quæ est caput omnium Dei Ecclesiarum, judicare non audent: cum ex antiquo more omnes illa judicet, & à nemine judicetur.* Ipse autem Leo postea jurejurando se purgans, protestatus est, se id sponte facere, nullis legibus adstrictum. Accedit, tum quòd criminosa vita nõ obstat superioritati juxta Scripturam 1. Petri 2. & alibi. Tum quia etsi Christus aliter ordinasse potuisset, congruè tamen id non fecit, ad vitandam occasionem frequentium schismatum: incertum enim esset, quæ & qualia crimina sufficerent, varia quoque ab æmulis sæpe tribuerentur &c. Tum quòd depositio Superioris non competat inferiori, nisi clarè ostendatur esse facultas id agendi concessa; quæ in præsentì non ostenditur.

60.  
Occurritur  
objectionibus.

Nec refert, quòd Pontifex possit per homines fieri: electio enim versatur circa personam, quæ pro tunc nondum Pontifex est, depositio autem respicit & præsupponit in persona deponenda supremam Pontificiam dignitatem. Non refert etiam quòd Ottho I. deposederit Joannem XII. omnium Pontificum fere deterrimum. Nam parcendum zelo Imperatoris rerum Ecclesiasticarum imperiti, qui in hoc erravit; præsertim cum quidam Doctores olim censuerint Pontificem criminolum posse exautorari.

Itaque contra violentias mali Pontificis restaret via defensionis naturalis, uti contra aliquem alium. Ipse interim non posset ratione suæ infallibilitatis è Cathedra docere falsum, aut Ecclesiæ præscribere iniquas leges, præcipiendo aliquid mali.

61.  
Dubius  
Pontifex  
qui possit  
deponi.

Dixi *indubitatum Pontificem non posse deponi*: nam si non sit indubitatus, sic ut Ecclesiæ non satis constet de legitimo Pontificatu, constat posse etiam in vitum deponi; judicio & exemplo *Concilii Constantiensis*, in quo relictis tribus se pro Pontifice gerentibus, quorum singulis di-

versæ partes Ecclesiæ adhærebant (è quibus Gregorius XII. spontè cessit Papatui; quamvis nihilominus Concilium independentè ab hac cessione progressum fuisset ad depositionem) electus est Martinus V. sicque diuturnum schisma, quod aded Ecclesiam Dei vexaverat, sublatum fuit. Ratio est: quia cum non est certus Pontifex, perinde est in facie Ecclesiæ, ac si nullus esset; utpote cui Ecclesia non tenetur obedire: igitur potest Ecclesia eligere certum, ad quem jus habet, quique humano modo cognoscibilis sit. Deinde quia aliàs Ecclesia contra innumeras calamitates, quibus tali casu subijcitur, fuisset à Christo omni remedio destituta. Eò magis, quòd aliàs fieri posset, ut singulis Pontificibus dubijs aut verosimilibus successivè defunctis, mox succederent totidem novi, eligenti respèctivè per Cardinales in sua factione & opinione persistentes, idque sine termino.

Excipitur etiam casus hæresis ab omnibus Doctoribus. Qui similiter excipitur in c. Si Papa d. 40. Et ab Adriano II. in Synodo Romana sup. cit. ubi præmissis, quòd inauditum hæcenus sit Romanum Pontificem à ceteris Ecclesijs esse judicatum, sed alias omnes ab illo judicatas esse, subditur: *Nam quamvis Honorius post mortem ab Orientis Episcopis anathemate sit affectus: manifestum tamen est, illum de hæresi fuisse accusatum, quæ sola in causa licet inferioribus de superioribus judicare; Idem docet Innocentius III. Serm. 2. de Consecrat. Pontificis. Solum etiam adferri Clemens I. Episc. 1. quasi ibi testetur S. Petrum docuisse, quòd Papa hæreticus sit deponendus. Verum ibi solum generatim dicit de Episcopis, quòd non sint ab inferioribus arguendi, sed supportandi, nisi in uide erraverint. Accedit, quòd planè miægrima esset conditio Ecclesiæ, si lupum manifestè grassantem pro pastore agnoscere cogeretur, nec remedium subesset, quo possit Ecclesiæ in tam gravi periculo subveniri.*

Nonnulli porro hanc doctrinam intellexerunt locum habere etiam in hæresi merè internâ. Verum cum illa sit planè occulta & effugiens omne judicium humanum, non apparet credibile Papatum per eam amitti; præsertim cum ita non certius nobis esset hunc vel illum esse aut manere verum caput Ecclesiæ, quam certum sit, ipsum nequidem in hæresim internam incidisse. Quod à fortiori urget in opinione, quæ asserit, esse de fide, quòd modernus v. g. Alexander VII. sit verus Pontifex. Idem est de hæresi externa, sed occulta, ob similem rationem. Item de ea, quæ non est sufficienter probata seu probabilis: cum & hæc se habeat instar occultæ.

62.  
In casu  
Hæresis  
potest  
exautorari.  
viii.

63.  
Non sufficit  
tamen hæresis  
inter-  
na.

Aut occultata seu non satis probabilis.

At



64. Quod ob hæresim manifestam excidant eo ipso, plures sentent.

At si sit manifesta & notoria, etiam solum notoritate facti aut ex propria confessione, definit eo ipse ante omnem sententiam esse Papam, juxta Bellarminum l. 2. de Pontif. cap. 30. & alios plures: eoque quod talis nullo modo sit membrum Ecclesie; à qua se ipsum hæreticus pertinax segregat, etiam ante omnem sententiam Ecclesie seu excommunicationis, vitandus proinde juxta Apostolum 2. ad Timoth. 3. At qui vitabimus caput nostrum? qui caput est visibile Ecclesie Christi, qui visibiliter non est Christianus, sed est à Christianorum consortio præcisus? Estque hæc sententia indubie valde probabilis.

65. Alii tamen requirunt sententiam Ecclesie, non tam deponens, quam crimen declarans.

Alii tamen passim censent etiam tunc requiri sententiam declaratoriam Ecclesie, quæ non tam deponat auctoritate suâ (ut Quidam loquuntur) quam authenticè declaret, Papam esse hæreticum, adeoque indignum Papatu: à quo consequente eo ipso excidat auctoritate Christi, sic ut deinceps puniri possit tamquam inferior, non solum ob hæresim, sed etiam ob alia crimina. Ratio sumi potest ex eo, quod id videatur congruere ordinato regimini & ritibus inconvenientijs: quodque hæresis præcisè non sit destructiva eo ipso Papatu, etiam externa, ut ex jam dictis patet: non constat autem satis de manifesta, quod talem pœnam annexam habeat, independentè à judicio Ecclesie; immo hoc judicium potius supponere videantur Auctoritates. Ante quod proinde emendatus si sit, Pontifex maneret. Qui aliàs per emendationem non videretur restitui Pontificatui semel ablato, si ipso facto per hæresim ipsam excideret. Unde tantisper præcisus à corpore Ecclesie poterit manere caput; uti manet occultus hæreticus, qui juxta plures non manet membrum Ecclesie.

66. A quibus prædicta sententia ferenda.

Sententiam porò hanc ferendam, esse per Episcopos congregatos in unum, certum apparet. Roderico de Arriaga d. 7. s. 9. num. 61. ubi addit esse communem sententiam. Alii tamen, putant spectare ad Electores, seu Cardinales. Et plane non fuit congregatum Concilium generale in causa Liberii Papæ & substitutione Felicis II. quem tamen Ecclesia habet pro vero Pontifice: multi præterea anni sæpe laborètur, dum de Generalis Concilii convocatione tractaretur. Si sit emendatus, non potest juxta Doctores deponi, utpote amplius nõ hæreticus. Si hæresis sit merè externa, facile illam Papa retractabit, dum res ad judicium veniret. Alioquin valida erit depositio, seu sententia Ecclesie (quæ de internis aut occultis non judicat) contra ipsum. Unde Clerus Romanus ita processit in depositione Liberii & subrogatione Felicis II. cum alioquin credibilissimum sit Liberium non fuisse formaliter & in corde hæreticum.

Quid si sit emendatus.

Quid si hæresis sit merè extor-

Henricæ Sum. Theol. Pars III.

In Auctoritatibus porò præallegatis satis apertè supponitur non repugnare, quod Papa tamquam privata persona fiat hæreticus; contra quem proinde casu veluti possibili, decernunt, quid agi possit. Ad quod etiam facit, quod non constet Pontificem, qui aliàs est defectibilis; & non confirmatus in gratia, eo ipso quod Pontifex fit, esse confirmatum in fide. Quod enim Luca 22. Christus dixit Petro: Rogavi pro te, ut non deficiat fides tua; id duo continet. Primum, ut ipse in sua particulari persona numquam deficeret à vera fide, quantumvis Christum esset negaturus. Estque id personale Petri privilegium. Secundum (quod transit ad successores) ut tamquam Pastor numquam posset docere aliquid fidei repugnans. Itaque Pontificem, ut personam privatam, posse fieri hæreticum docent aut supponunt Doctores communiter contra Nonnullos.

67. An Pontifex, possit fieri hæreticus.

Varii nihilominus piè conantur ostendere hæctenus ex suavi Dei providentia (cujus continuatio in futurum speranda) nullum extitisse Pontificem apertè hæreticum. Cujus oppositum tamen passim alii docent; & plenis buccis crepant Sectarii, quorum sanè causa desperata inde nil penitus juvaretur. Id quidem constat, plerisque ab his allegari solitos omni hæresis apparentiã caruisse. Illi etiam de quibus apparentia esse posset, satis solidè ab interna & formali hæresi vendicantur.

68. An aliquis hæctenus fuerit hæreticus.

De Honorio I. est magna difficultas: eoque quod ipsi, etiam post mortem, in Synodo VI. Act. 13. dicatur anathema, uti hæretico. Verùm Baronius ad annum 633. fuse ostendit, Honorium nil docuisse aut tradidisse, quod ab hæresi Monothelitarum non sit plane liberum. Proinde Synodus VI. supposità veritate præfatæ damnationis, erravit in questione facti particularis. Reverè tamen (ut ostendit Baronius ad annum 681.) corrupta quæ ad hoc fuisse videtur ab æmulis Ecclesie Romanæ. Et verosimiliter ab ipso Theodoro Constantinopolitano Episcopo, per Concilium damnato, & post annum suæ sedis restituto, qui nomine suo eraso substituerit nomèn Episcopi Romani Honorii, priusquam acta Synodi Romanæ missa erant. Prout constat Græcos fuisse etiam aliàs Synodorum adulteratores. De quo vide Bellarminum l. 4. de Pontifice c. 11. Et Notas Binii, & Francisci Longi ad dictam Synodum.

69. Expenditur difficultas de Honorio I.

Quare Synodus VI. Act. ult. repetens damnationem Honorii, prout eam in actis Synodi VI. legerat, ex eadem decepta est, quæ quidem per errorem processerat, aut certè corrupta erat. Adrianus II. cum Synodo Romana (cujus acta lecta & probata fuerunt in Synodo VIII. act. 7.) refert quidè Honorio ab Orientalibus dictu anathema; sed similiter deceptus fuit ex actis Synodi VI. Quod si integra sint, sciebat Adrianus



nus id factum cum consensu Legatorum Agathonis, nec aliis aulos fuisse dicere sententiam in Honorem; quod ipse ibidem patenter expressit.

70.  
De Liberio.

De Liberio similiter est magna difficultas. Quæ breviter sic enucleatur. Is ante exilium factus defensor fidei, in exilio tandem fractus metu & minis, subscripsit damnationi Athanasii, & cum Arianis communicavit, & fidei formulam, in qua omisum erat, fraudè Arianorum fidem Nicænam suppressere satagentium, consubstantialitatis vocabulum, sive scribendo sive subscribendo probavit. Unde Hieronymus perlato ad eum rumore de subscriptione hæreseos facta à Liberio meminit ejusdem l. de Scrip-  
toribus Ecclesiasticis in Fortunatiano. Alioquin ipsum revera hæreticum non fuisse, etsi exterius contra fidei confessionem metu & minis adactus graviter deliquerit, conatur ostendere Bellarminus l. 4. de Pontif. c. 9. & Baronius ad annum 357.

71.  
Ei subrogatus Felix 11.

Opponitur autem quod Liberius titulo hæresis fuerit excommunicatus, & in ejus locum Felix II. successit. Qui etsi in Catalogo Pontificum non numeretur ab Augustino Epist. 165. Optato lib. 2. contra Parmenianum, eo quod totum tempus Pontificatus ejus sit inclusum Pontificatu Liberii, qui ante & post Felicem sedit: tamen plura sunt, quæ probent eum verè Pontificem fuisse; ut videre est apud Bellarminum sup. Notabile est, quod in Martyrologio Romano, & reliquis etiam Manucriptis 4. Cal. Augusti referatur tamquam Papa, & Martyr. Cum autem tempore Gregorii XIII. anno 1582. in recognoscendo Martyrologio controversia de eo in novo Martyrologio collocando incidisset, divinâ providentiâ in suffusione, facta causâ invenienti thesauri, reperta est pridie diei festi ipsius in Basilica SS. Cosmæ & Damiani arca marmorea, unâ cum lapideo laterculo ibidem intus posito, & hæc ei incisâ inscriptione antiquis characteribus: Corpus S. Felicis Papa & Martyris, qui damnatus Constantium. Vide Baronium ad annum 357.

72.  
Quâ ratione factum.

Respondetur itaque quod Felix pulso in exilium Liberio Pontificatum in principio illegitimè obtinuerit, ac Schismaticus fuerit, eoque tempore etiam Arianis communicaverit. Eum tamen postea divinitus immutatum, Arianosque abhorrentem, & fidei præconem Clerus Romanus pro vero Pontifice recepit, cum jam constitisset de Liberii lapsu & communione cum hæreticis, qui soli vicissim cum illo communicabant; adeoque jam exclusus esset Liberius à communione Catholica, ac ob hoc alienus à Pontificatu, Ecclesiâ judicante de exterioribus, quamvis ipse revera hæreticus non esset. Et hæc ratione sedit Felix annuum unum, menses tres & dies tres, donec Martyr occubuit. Postea

rursus Liberius abruptâ cõmuniõne cum Arianis Clerum Romanum sibi conciliavit, omniumque consensu legitimus Pontifex, ut antea erat, cognitus & acceptus est, ut latè dedit Baronius sup. De ceteris Pontificibus minor est difficultas. Videri interim potest de singulis Bellarminus l. 4. de Pontif. à c. 8.

#### QUESTIO IV.

##### De Infallibilitate Pontificis in definiendo.

73.  
Pontifex sine Concilio generali in definitionibus controversaturum fidei est infallibilis.

Græson, Almainus, Adrianus, & Castro referuntur docuisse, Pontificem sine Concilio generali deficientem posse errare etiam in materia fidei.

Hæc tamen Doctrina repugnat D. Thoma. & reliquis omnibus Theologis, quorum aliqui oppositum vocant ad minus improbabile, alii temerarium, alii erroneum aut hæresi proximum; alii denique (ut Suarez, Diana & plures Recentiores, quibus assentior) hæreticum.

Probat I. ex Math. 16. ubi Ecclesia dicitur ædificanda super Petrum, qui ad eum suis Successoribus statuitur Petra immobilis & fundamentum immobile Ecclesiæ, cui soliditas Ecclesiæ tempore hujus sæculi jugiter ædificandæ inniti deberet; igitur Successores Petri ex Cathedra docentes universam Ecclesiam deficere non possunt in veritate doctrinæ: cum fundamentum ad minus parum cum ipso ædificio (quod ipsum sustentat) soliditatis esse debeat; ipsum autem Ecclesiæ ædificium tantâ sit soliditate fundatum, ut portæ inferi adversus eam non valeant unquam prævalere. Quod ipsum quoque de Petri Cathedra in successoribus verificari debet; ut proinde severanter de ea dixerit Augustinus in Psalmo contra Partem Donati: Ipsa est Petra, quam non vincunt superba inferorum porta. Vincerent autem illam Petram, si doctrina, quæ credendam proponit, diabolico erroris afflatu esset inquinata. Immo consequenter adversus ipsam Ecclesiam (quæ utique Pastori universali doctrinam tamquam necessariò credendam proponenti fidem adhibere obligatur) portæ inferi essent prævaliturae.

Similiter Ecclesia contra Apostolum non esset columna veritatis: prævaleret enim in ea necessariò falsitas, si Pastor, quem omnes oves audire debent, tamquam Pastor ovibus universis falsam doctrinam in materia fidei ingerere posset. Quocirca hæc infallibilitas Pontificis etiam continetur in officio Pastoris universalis concessio Joan. 21. Pascite oves meas: & in ipsa promissione facta Ecclesiæ de perpetua assistentia Spiritus sancti.

Probat



74.  
Probatur  
secundo ex  
Luca 22.

Probatur II. ex verbis Christi Luca 22: Simon, Simon, ecce Satanas expetivit vos (Apostolos scilicet omnes; & in ipsis totam Ecclesiam) ut cribraret sicut triticum: Ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua. Et in aliquando conversus confirma fratres tuos. Ubi toties repetita singulariter persona Petri per nomen & pronomen tu manifeste significat, aliquid Petro specialiter praeter ceteris concessum; idque non solum, ut ipse tamquam persona particularis a fide non excideret, sed etiam (quod ei tamquam Principi & Primati competebat) ut ceteros mediante sui firmitate in fide confirmaret. Quod plane Petro non tam in gratiam ipsius, quam Confratrum suorum, & fidelium (qui toto tempore durantis Ecclesiae sunt pro re nata non minus quam vivente Petro confirmandi) atque adeo etiam Petri successoribus concessum est, & per ipsos in fide confirmandis Ecclesiae membris. Unde Leo Papa Serm. 3. de sua Assumpt. Specialis a Domino Petri cura suscipitur, & pro fide Petri proprie supplicatur, tamquam aliorum status certior sit futurus, si mens Principis vicia non fuerit. In Petro ergo omnium fortitudo munitur, & divina gratia ita ordinatur auxilium, ut firmitas, qua per Christum Petro tribuitur, per Petrum Apostolis, atque adeo toti Ecclesiae, conferatur.

75.  
Confirmatur  
haec probatio, &  
simul assertio  
testimonij Pa-  
trium.

Idem sensus & pariter assertio confirmatur ex Pontificibus & Patribus praedictam Scripturam allegantibus, dum adstruunt Sedis & Ecclesiae Romanae in fide indefectibilitatem, ut Lucius I. Episcopus ad Episcopos Hispaniae & Galliae Felix I. Episcopus ad Episcopos Hispaniae & Galliae. Episcopus ad Constantinum. Nicolaus I. Episcopus ad Michaelen. Leo IX. Episcopus ad Petrum Antiochenum. Quorum testimonia recitat Bellarminus l. 4. de Pontific. c. 3. Nobis sufficiat illud Bernardi Episcopi 190. ad Innocentium II. dicentis: Oportet ad vestram referri Apostolatum pericula quae, & scandala emergunt in regno Dei, ea praesertim qua de fide contingunt. Dignum namque arbitror ibi praesertim referri de fide, ubi non possit fides sentire defectum. Haec quippe huius prerogativa Sedis: cui enim aliter aliquando dictum est: Ego pro te rogavi, Petre, ut non deficiat fides tua? Cui consonat Innocentius III. c. Majores de Bapt. & ejus Effectu, dicens: Majores Ecclesiae causas, praesertim articulos fidei contingentes, ad Petri Sedem referendas intelliget, qui cum quaerenti Domino, quem Discipuli dicebant ipsum esse, respondisse notabit: Tu es Christus filius Dei vivi, & pro eo Dominum adorasse, ne deficiat fides ejus.

76.  
Alij Pa-  
trium testi-  
monij ro-  
boratur as-  
sertio.

His auctoritatibus accedunt aliae, non quidem allegantes praedictam Scripturam in specie, in specie tamen asserentes particularem Ecclesiam Romanam errare non posse; utique principaliter saltem, propter Pontificem supremum, ejusdem Episco-

Herinc Sum. Theol. Pars III.

pum. Sic Cyprianus Episcopus 55. Audent & ad Petri Cathedram atque ad Ecclesiam principalem, unde unitus Sacerdotalis exorta est, a Schismaticis & profanis literas ferre, nec cogitare eos esse Romanos (quorum fides Apostolo predicante laudata est) ad quos perfidia non possit habere accessum. Et Hieronymus Apol. 3. adversus Rufinum: Scito Romanam fidem, Apostolicam voce laudatam, huiusmodi praestigias non recipere, etiamsi Angelus aliter annuntiet, quam semel predicatum est, Pauli auctoritate munitam, non posse mutari. Unus quoque ex articulis Petri de Olma five Oxoniensis a Sixto IV. dominatis erat (teste Bellarmino l. 4. de Pontific. cap. 6.) de fallibilitate particularis Ecclesiae Romanae.

Probatur III. ex traditione & praxi, adeoque sensu perpetuo Ecclesiae. De quo constat ex eo, quod plerique errores sunt ab initio usque modo condemnati a Sede Apostolica sine interventu generalis Concilii. Nam primis trecentis annis nulla generalia Concilia fuerunt celebrata; ac nihilominus damnatae haereses Appellianorum, Marcionistarum, Valentinianorum &c. Postmodum etiam errores Pelagianorum, Semipelagianorum, Priscillianistarum, Berengariorum, & recentius a Sixto IV. errores Petri Oxoniensis, ac novissime ab Innocentio X. quinque Propositiones Janseii condemnatae sunt, moxque ab universis Fidelibus eo ipso pro haeresibus habitae, per necessariam fidei sequelam. Unde Prosper in Chronico Honorio XII. & Theodilio VII. Conf. refert Concilio apud Carthaginem habito CCXVII. Episcoporum, ad Pontificem Zosimum synodalia decreta perlata fuisse: quibus (inquit) probatis, per totum mundum haeresis Pelagiana damnata est, nullo nimirum expectato generali Concilio. Quare idem l. contra Collatorem in fine, hanc Pontificum in damnandis Pelagianis auctoritatem pulchre expressit, de Caestino Papa adjungens: Celestium, quasi non discusso negotio, audientiam postulante, totius Italiae sinibus iussit exstrudi: ab eo & praedecessorum suorum statuta & decreta Synodalia (Africana scilicet) inviolabiliter servanda censebat: ut quod semel meruerat abscondi, nequaquam admitteret retractari.

Hinc etiam nullus unquam Fidelium dubitavit, quin Concilium Milevitanum, Arafricanum II. & similia particularia per Pontificem probata, sint eo ipso infallibilis regula fidei. Alias sine multorum quoque errorum condemnatio posset nobis reddi incerta, quorum nimirum condemnatio non est in Conciliis Generalibus resumpta.

Nec dici potest, has Pontificum definitiones fieri ratas & infallibiles per acceptationem Ecclesiae: nam Ecclesia tenetur eas acceptare, ad idemque se generi credit; ergo manifestum eas ex se esse infallibiles, indeque

77.  
Eadem pro-  
batur 3. ex  
traditione  
& praxi  
Ecclesiae.

78.  
Occurritur  
objectioni.



indeque consequi necessario acceptationem Ecclesie. Quare nunquam visum est, hujusmodi definitiones ab Ecclesia rejici, aut de ijs dubitari; nunquam etiam appellatio à Sedis Romanæ judicio in causis fidei est admitta: quæ sanè cum facultate reformandi reservanda fuisset alteri judicio infallibili, si Pontificis judicium non esset tale.

79. Confirmatio specialis.

Accedit, quòd *Augustinus* cum Concilio Africanis, causas fidei in ipsis discussas referre non dubitaverit ad judicium Sedis Apostolicæ pro confirmatione, utique supponens id esse Apostolici muneris, indeque consequi infallibilem firmitatem. Unde *Innocentius I.* in suis rescriptis akerit ad Sedem Apostolicam tamquam omnium Ecclesiarum caput pertinere judicium controversiarum fidei. De quibus Epistolis loquens *Augustinus Epist. 106. Ad omnia* (inquit) *nobis ille rescripsit eodem modo, quo fas erat, atque oportebat Apostolica Sedis Antistitem.* Pariter & alii Patres in controversijs fidei semper recurrisse noluntur ad Oraculum Sedis Apostolicæ, veluti supremum & infallibile. Unde ipse *Hieronymus* sui ævi Oraculum Antiochiæ in Oriente constitutus recurrit ad Damalium Papam, indubitanter asserturus, quidquid Damalus rescripserit, dicens: *A Sacerdote viciniam* (id est sacram doctrinam, quâ populus pascitur) *à Pastore presidium ovium* *Agosto &c. Non novi V. italem, Meletium respuo, ignoro Paulinum* (Episcopos Antiochenos) *quicumque tecum non colligit, spargit &c. Discernite, si placet, obsecro, non timebo tres hypostasas dicere, si jubetis.*

80. Probatur 4. rationibus Theologicis.

Probatur IV. ex eo, quòd ipsa firmitas Conciliorum generalium proveniat à Pontifice; cujus est ipsa confirmare aut rescindere; sine quo etiam nonnumquam errant, nunquam autem, si ejus auctoritate firmata sint: persuasum igitur esse debet, firmitatem seu infallibilitatem in Pontifice præexistere, à quo in Concilia derivetur. Confirmatur: quia aliàs non rectè fuisset provisum Ecclesie; cum frequenter possit ratione novitatum seu hæresum occurrere necessitas definiendi, absque occasione convocandi Generale Concilium; quod quidem congregari difficillimum est. Deinde facile patenter calumnie ipsa dogmata in Concilijs decisa; dum non deesset malignare volentibus occasio arguendi contra ipsa concilia, quòd non fuerint Generalia, sive ob paucitatem Patrum Concilii, sive quia Papa non præsedet per se aut Legatos, uti contigit in Concilio V. Generali, sive quia Concilii celebratis in Oriente vix ullus ex Occidente interfuit. Quibus omnibus occlusus est aditus, si dicamus rem aut nomenclaturam Generalis Concilii ad fidei definitiones non requiri.

Neque hinc sequitur Concilia Generalia esse superflua; ut patet ex dictis *disp. præc.*

quæstione 7. de eorumdem utilitate. Dices I. *Cyprianus* non fuit hæreticus, quantumvis pertinaciter resisteret Stephano Papæ tradenti non esse hæreticos rebaptizandos; idque eâ asseverantiâ, ut excommunicandos, censeret eos, qui rebaptizarent, aut rebaptizandos esse decernerent, teste *Augustino l. de Unico Bapt. c. 14.* Resp. Stephanum noluisse quæstionem hanc definire tamquam de fide, sine plenario Concilio, solumque mandasse servari antiquam consuetudinem de non rebaptizando, censuisseque proinde oppositos sic esse dignos excommunicari. De facto tamen non excommunicavit, aut damnavit secus facientes, qui proinde cum Stephano in communionem & pace unitatis permanserunt; prout de *Cypriano* expressit *Augustinus sup. & alibi.* Quamquam *Cyprianus* in hoc culpa non caruerit, quæ poenitentia & fide martirii fuit purgata.

81. Cur Cyprianus se Stephano Papa opponens non fuerit hæreticus.

Dices II. *Concilium Africanum* Epist. ad *Celestinum* Papam indicat minus posse errare Concilium Provinciale quam Romanum Pontificem. Resp. Epistolam istam (quæ non continet Decreta Concilii per Papam probata, sed sensum Episcoporum istius Concilii) agere de judicio facti in causis Episcoporum, Presbyterorum, vel aliorum Clericorum accusatorum de criminibus; quas putabant suavius & certius posse examinari & decidi in loco, quam in Urbe Roma adeò distant, ubi circumventio idcirco posset esse facilior. Unde ægrius ferebant facilius admitti appellationes ad transmarina judicia, aut certè ob periculum abutuum, modum apponi desiderabant. De quibus plura habet *Binus in Notis ad Concilium Carthaginense VI.*

82. Explicatur Concilium Africanum.

Dices III. Non est de fide, Pontificem individuum, qui hodie sedet, esse legitimum Pontificem, adeoque verum caput Ecclesie: ergo nec de fide sunt ea, quæ per se definit. Antecedens probatur: quia id dependet à varijs non revelatis, puta quòd sit mas, baptizatus, quòd in electione non intervenierit vitium occultum, nam irritas. Deinde nullibi est in particulari id revelatum, sed solum in universali est facta revelatio de Petro & successoribus legitimis; hunc autem vel illum esse legitimum successorem, est tantum moraliter certum: uti propterea de Episcopis particularium diocesum non est de fide, quòd sint legitimi superiores suarum respectivè Ecclesiarum, etsi pro talibus ab universa Ecclesia sint recepti, quòdque in genere sit revelatum Episcopos legitime institutos esse veros suarum Ecclesiarum Pastores. Quare sic tenent gravissimi Theologi. *Lenzeus, Bannez & plures alii*, fortissimi alioquin pro Sedis Apostolicæ auctoritate pugiles.

83. Arguitur non esse de fide de singulari Pontifice, quòd verò talis sit.

Resp. gratis dissimulato Antecedente Neg. Conf. Nam simili ratione argui posset contra Pontificis definitionem factam cum

84. Hoc datur, essens nunc



hilominus de fide ea qua definit.

cum Concilio; cum ex inde non fieret fide certum hunc esse legitime electum, si aliunde non foret ipsa certum. Deinde contra ipsa Concilia posset urgeri simile argumentum, non esse videlicet de fide ea quae in Concilio generali definita sunt, ex hoc quod iuxta multos non sit de fide hoc vel illud fuisse legitimum, uti non constat de fide, quod Episcopi congregati fuerint vere ordinati, synceri fideles &c. Et quamvis de fide esset hoc vel illud Concilium fuisse legitimum, uti censent noster *Vega, Sylvius* & plures alii; certe non est de fide obligante, cum *Canus, Bannez, Bellarminus l. 2. de Concilio. c. 9.* oppositum contendant. Quare adhuc argui posset: Non est de fide saltem obligante, quod Concilium fuerit legitimum, quod hic Papa definiens sit legitime electus: ergo neque est de fide obligante definitio ab ipso procedens. Unde patet ab omnibus Catholicis, etiam ijs, qui censent probabilius esse fidei ipsam legitimitatem Concilii & Papae, esse negandam consequentiam. Ratio est: quia saltem certissimum est Concilium sive Pontificem ab universali Ecclesia pro legitimo receptum esse talem: spectatque ad suavem Dei providentiam impedire, ne Ecclesia in tali iudicio fallatur. Certitudo haec porro, esto non fidei, sufficit in ijs, quae ad propositionem & credibilitatem fidei spectant, ut firmiter credamus sic proposita fide divina, cuius utique certitudo pendet ex veracitate Dei loquentis, Pontifice seu Concilio solum proponente ac explicante ea quae Deus aliquando revelavit. Ita *Malderus*, quem citat & sequitur *Diana P. II. Tract. ult. Resol. 8.* Plane de ipsa definitione, quod facta sit, habetur solum in locis praesertim remotis certitudo per litteras, per Nuncios per testimonium Ordinariorum &c, quae solum generant moralem certitudinem: & tamen rebus, de quarum definitione sic constat, fidem Deo dignam adhibemus.

85. Intra communiore samentem hodie opinio est fidei, quod v. g. Alexander VII. sit legitimus Pontifex.

Est nihilominus opinio (quae veluti probabilior hodie magis est recepta) quod sit videlicet de fide eum, qui ab universali Ecclesia citra haesitationem receptus est, verum & legitimum esse Pontificem; maxime (ut pauci restringunt) postquam aliquid definiit. Ita *Lugo, Arriaga, Sylvius*, & multi alii quos refert & sequitur *Diana P. II. Tract. ult. Resol. 6.* sive quia sufficit revelatio in universali facta, in qua particularis continetur certitudine perfectissima morali (secus quam constet de hac vel illa particulari hostia, quod sit legitime consecrata) sicut de fide est individuus homines esse conceptos in peccato, ex hoc quod id universim de hominibus via ordinaria conceptis (excepta privilegiata Dei parâ) sit revelatum: sive quia specialia in Pontifice concurrunt, quae id postulent; puta quod sit caput visibile Ecclesiae, quae

in individuo quatenus sub hoc capite visibile militans fide creditur, quod ipsa in re adeo gravi non possit falli; quod infallibilitas & potestas definiendi conveniat soli vero Pontifici, & tamen infallibile censetur, quod Pontifex universaliter receptus definiit &c.

Id saltem apud omnes debet esse fide certum, quod vel Deus non permittet tamquam indubitatum ab Ecclesia haberi, nisi sit legitimus; vel certe, quod non permittet talem, si verè illegitimus sit aliquid definire; vel denique, quod si vitio non detecto aliquid definiat, infallibiliter assistet, ut verum definiat, idque propter Ecclesiam, ne ipsa (quae falli nequit) in errorem abducatur.

Quid indubitatum concludendum.

Posset hic ulterius dilcuti, quod de Joana Papissa Nonnulli referunt, praesertim Haereticis Sed esse nugae & fabulas, optime ostendit *Florimundus Remundus lib. cui titulus, Error popularis de Joana Papissa, Baronius ad annum 853. Bellarminus lib. 3. de Pontif. cap. 24.* Qui etiam refutat mendacia Haereticorum de sede perforata, quae stercoraria dicitur; de statua mulieris loco partus posita, de Pontificibus eandem plateam, etsi alias rectam, declinantibus, quasi in facti detestationem. *Marinum Scotum & Sigebertum inter relatores praedictae fabulae solito numerari ex antiquissimis & manuscriptis exemplaribus vendicant, Bellarminus sup. & Myraus in Chronico ad ann. 854.*

86.

De fabula Joanae Papissae remissum.

Dices IV. Varii Pontifices in definiendo errarunt. Errores porro varii congeruntur. Sed partim infideliter referuntur earumdem responsa à parte rei verissima: partim in Theologia sparsim explicantur: partim non sunt definitiones, sed sententiae seu opiniones privatae Pontificum, non quatenus ex Cathedra loquentium. Pro quo

87.

An aliqui Pontifices in responsis erraverint.

Adverte Pontifices tamquam homines posse saltem ex ignorantia habere aliquos particulares errores in quaestionibus fidei aut morum. Prout Joannes XXII. putavit animas non videre Deum ante diem iudicii. Quod tamen nunquam definiit; quin immo ante mortem retractavit. Similiter fertur Caeselinus III. sensisse, quod matrimonium solvi queat per haesim, si pars Catholica inecat novum. Cujus oppositum (quod verissimum est) tradit, etsi non definiat, *Innocentius III. c. Quanto, de divorcijs*, addens: *Licet quidam praedecessor noster sensisse aliter videatur.* De cuiusmodi sensu non definitivo etiam intelligitur, quod *Alexander III. c. Licet, de Sponsa duorum*, resolvens matrimonium ratum non dissolvi per subsequens cum altero matrimonium consummatum, subdit, *aliter à quibusdam praedecessoribus aliquando iudicatum.*

Possunt privatim errare in fide aut moribus.

Pontifex porro censetur loqui definitivè seu ex Cathedra, non tantum, dum id explicitè

88.

Quando censentur loqui ex



Cathedra,  
quando  
non.

PLICITÈ dicit; sed etiam cum id implicitè significat: v. g. cum dicit se explicare fidem Catholicam, contrarium asserentes esse hæreticos, cum doctrinam aliquam anathematizant, cum significat omnibus aliquid esse credendum, tenendum id esse secundum Evangelicam & Apostolicam traditionem &c. Loquitur autem tantum ut privatus Doctor, quado loquitur per modum opinantis; v. g. cum dicit: Sic apparet, sic opinamur, hoc apparet verissimilius. Item cum aliquid adfert præter illud, de quo est quæstio, vel explicandi aut confirmandi gratiâ. Sic rationes definitionum per se non sunt infallibiles: cum Pontifex eas tantum adferat, ut ostendat se non temerè definiuisse. In probationibus itaque non tam sustinet personam iudicis, quam Doctoris consilium dantis aut disceptantis. Similiter in Concilijs maxima pars actorum ad fidem non pertinet, juxta *Bellarminum l. 2. de Concilijs cap. 12.* Non enim (inquit) sunt de fide disputationes quæ præmittuntur, neque rationes quæ adduntur, neque ea quæ ad explicandum & illustrandum adferuntur, sed tantum ipsa nuda decreta, & ea non omnia, sed tantum quæ proponuntur tamquam de fide. Interdum enim Concilia aliquid definiunt, non ut certum, sed ut probabilius, ut *Concilium Viennense*, quod decrevit tenendum ut probabilius, infantibus in baptismo infundi gratiam & virtutes, ut patet *Clement. unic. de summa Trinit.* Quando autem decretum proponatur tamquam de fide, facillè cognoscitur ex verbis Concilii. Similiter (ut habet idem *Bellarminus sup.*) in ipsis decretis de fide, non verba, sed sensus tantum ad fidem pertinet: non enim est hæreticum dicere, in Canonibus Conciliorum aliquid verbum esse supervacaneum, aut non rectè positum, nisi fortè de ipso verbo decretum sit formatum, ut cum in Concilio Nicæno de reverentia recipiendam vocem *ἐποσκοπιον* & in Ephesino vocem *θεοτόκον*. Ita *Bellarminus*.

Denique Pontifex dum ad personam aliquam aut Ecclesiam privatam scribit, plerumque censetur non loqui ex Cathedra: nisi enim per appositam clausulam indicet se definire, solum censendus est provisionaliter auctoritate suâ juxta particularè suam sapientiam & prudentiam, adeoque independentè ab infallibilitate, provisionaliter declarare, quid sit faciendum, donec, si gravitas rei exigat, pleniori examine prævio ex Cathedra decidatur. Cujusmodi censentur esse multa responsa in jure Canonico.

89.  
Pontifex  
est infalli-  
bilis in de-  
cretis mo-  
rum.

Quæ dicta sunt de infallibilitate Pontificis in definiendis controversijs fidei, pariter certitudinis gradu procedunt in decretis morum. Certum enim est, Pontificem non posse Ecclesiæ præscribere aliquid agendum, quod à Deo præceptum est. Idem est de approbatione contractus tamquam justi,

aut reprobatione iniqui, v. g. contractus usurarius ratio est: quia infallibilitas est annexa officio Pontificis, tamquam Pastoris Ecclesiæ; quod utique respicit oves pascendas, tam institutis morum, quam doctrinâ fidei. Deinde aliàs in Ecclesia deficeret Spiritus veritatis, si v. g. aliquid legi divinæ contrarium approbaretur, & Ecclesiæ præscriberetur. Insuper esset contra sanctitatem Ecclesiæ, quam credimus sanctam, etiam ratione institutorum, quòd ea sancta sint: denique error iste redundaret in doctrinam fidei, quatenus dum aliquid legi divinæ contrarium præscriberet aut approbaret, pariter tamquam Pastor doceret id esse faciendum; quod est error in fide. Quare etiam si Ecclesia pravis institutis ignoranter obediens non peccaret formaliter, adhuc maneret maculata pernicioso errore, contra promissam ei in veritate indefectibilitatem, & Petro in ovibus doctrinâ & moribus pascendis integritatem.

Quod proinde etiam ad approbationem Religionum per Pontifices cum vel abque Concilio generali faciendam extendendum est. Quandoquidem & illa pertinet ad officium pastorale in pascendis ovibus doctrinæ & vitæ salutaribus institutis; non minus quam approbatio aut reprobatio contractuum. Aliàs quoque Pontifex Ecclesiam in errore perniciosum induceret, docendo institutum spiritualis vitæ religiosæ esse Evangelicæ perfectioni consonum & salutare; quod verè non esset tale. Nam hoc ipso Pontifex toti Ecclesiæ proponit talem vitæ formulam, tamquam virtuosam & salutarem amplecti volentibus. Unde esset quodammodo definitio ad malum inductiva. Hinc scriptò *sess. 8. Concilii Constant.* Damnatur impudentissimus error *Viciles* asserentes omnes religiones ductas à diabolo; à quo sanè introducuntur mala & perniciosa instituta. Meritoque damnandus esset, qui id de particulari Religione v. g. S. Francisci, S. Dominici &c. effutiret.

Nihilominus ex his non potest æquè certò inferri, quòd Pontifex interdum errare non possit contra regulas prudentiæ, admitendo Religiones bonas quidem & sanctas, tamèn hic & nunc minus, Ecclesiæ convenientes, sive ob confusionem, quæ in alijs oritur ex nimia multiplicatione, sive ob alias causas. Quamvis nec hoc præsumendum sit ob reverentiam Pontifici debitam: immo sine magna temeritate idem præsumi non possit.

Similiter satis constat Pontifices in multiplicandis legibus aut censuris posse errare contra prudentiam. Indeque, experientiâ rerum magistrâ docente constitutiones interdum minus covenire, frequens apparet revocatio & alteratio earundem per ipsosmet aut successores facta. Non est tamen in speciali casu id temere asserendum,

90.  
Similiter  
in appro-  
batione Reli-  
gionum.

91.  
Error con-  
tra prudentiam an in  
hujusmodi  
admissi  
possit.



dum praesumptione merito semper stante pro legislatore.

92. In particulariis  
questionibus  
facti potest  
Pontifex errare.

Præterea potest Pontifex errare juxta omnes in quaestionibus particularibus facti, puta judicio ferendo de rebus gestis: potest enim innocentem condemnare & reum absolvere, uti potest decipi per fallas suggestiones seu falla testimonia. Unde dum aliquis duxit publicè secundam uxorem, relicta priore, cum qua occultè contraxerat, sed contractum probare non potest, Pontifex judicabit, ut adhæreat secundæ: similiter mandabit simul manere tamquam conjuges, dum subest impedimentum non probabile in foro externo: utrobique autem intervenit error facti, non iuris aut fidei. Quod spectat illud Innocentii III. c. A nobis 2. de Sentent. Excommunicat. Judicium Dei veritati, que non fallit nec fallitur, semper innititur: quædam autem Ecclesia nonnumquam opinionem sequitur, quam & fallere sæpe contingit & falli: propter quod contingit interdum, ut qui ligatus est apud Deum, apud Ecclesiam sit solutus: & qui liber est apud Deum, Ecclesiasticè sit sententiâ innodatus. Similiter illud Alexandri III. c. Si quando, de Rescriptis: Qualitatem negotii, pro quo tibi scribitur, diligenter considerans, aut mandatum nostrum reverenter adimpleas, aut per litteras tuas, quare adimplere non possis, rationabiles causas præsentas: quia patienter sustinemus, si non feceris, quod pravâ nobis fuerit insinuatione suggestum.

93. In nonnullis  
facti  
questionibus  
est infallibilis.

Nihilominus sunt aliquæ quaestiones facti, in quibus Pontifex est infallibilis. In primis illæ, quæ respiciunt facta contenta aut deducta ex locutionibus Scripturæ aut ex Traditione, v. g. quòd Christus aliquando habuerit aliquarum rerum dominium. Sic etiam posset definire B. Virginem non habuisse ullum peccatum, etiam originale. Hæc enim facta verè pertinent ad ipsas quaestiones fidei.

Significatio in  
Canonizatione  
Sanctorum.

Deinde sunt quedam facta concernentia universalem Ecclesiam, in quibus decidendis est Pontifex similiter infallibilis: v. g. in canonizando aliquem, sive declarando eum esse sanctum, solemniter adscribendo Cathalogo Sanctorum, eumque proponendo toti Ecclesiæ, cum mandato ut ab omnibus pro sancto habeatur & colatur. Ita omnes Theologi, quorum magna pars sentit id ipsum esse de fide, alii oppositum saltem temerarium, scandalosum & hæresim sapere censent.

94. Probatur  
ex Bullis  
Pontificum.

Probatur ex ipsis Bullis Canonizationis, in quibus frequenter Pontifices dicunt, se declarare & definire sanctos esse, quos canonizant; ut patet ex Bulla 6. Pii II. quæ est Canonizationis S. Catharinæ Senensis, Bulla 38. Leonis X. quæ est Canonizationis S. Francisci de Paula, Bulla 27. Clementis VIII. quæ est Canonizationis S. Hyacinthi, & pluribus alijs. Præterea Pontifices

addunt, se mandare, ut ab universis Christi Fidelibus pro Sanctis habeantur, ab ipsaque id Fideliter ac firmiter teneri debere ut habetur in Bulla 21. Xpisti IV. quæ est Canonizationis S. Bonaventuræ, & in Bulla Canonizationis S. Antonini, quæ est I. Clementis VII. In qua insuper præmittitur, Adrianum prædecessorem considerasse, quod in eadem Canonizatione non permisisset Deum ipsum errare. Ideoque indicuntur precès & jejunia, & Ecclesiam Altissimus modo aliquo in hujusmodi Canonizationis officio errare permitteret, ut loquitur idem Adrianus VI. Bullâ 5. Canonizationis S. Bennonis; Seu (ut loquitur Xpistus IV. Bullâ citatâ) ne pateretur Ecclesiam suam militantem errare, que se triumphantem conformare studet. Et Sixtus V. Bulla 82. Canonizationis S. Didaci §. 24. inquit: Tum nos ipsi de Spiritus sancti singulari patrocinio, atque infallibili assistentia, ea diximus, que causa & temporis ratio potissimum requirere videbatur. Dein ad ipsam Canonizationem procedens §. 28. ait: Invocato sancto creatore Spiritus, cujus consilio & sapientiâ sancta Ecclesia columna & firmamentum veritatis regitur, ejusque numen sæpe à nobis ex intimo corde, multis etiam lacrymis imploratum, præsens adesse non dubitantes, Ad honorem sanctæ & individue Trinitatis &c. Et Clemens VIII. Bullâ 27. citatâ §. 20. Tunc igitur nos pro nostra & sancta hujus Sedis auctoritate & potestate, & pro singulari Spiritus sancti in eadem Sedem, cujus ipsa infallibilis Sapientiâ gubernatur, presidentia, ea diximus &c. Et §. 21. Sancto Spiritu, cujus numine Ecclesia afflata numquam fallitur, multis cum precibus invocato, decrevimus & definivimus &c. Idcirco etiam tam rigorosum cunctorum examen præmittitur, maxime ut certificatio habeatur de miraculis, præsertim post mortem editis; quæ sunt gloriæ & sanctitatis indicia ac testimonia. Unde Honorius VIII. Bullâ 7. Canonizationis S. Laurentii Archi-Episcopi Dublinensis concludit: De ipsius igitur sanctitate tantis certificari miraculis, divinumque, secuti iudicium, per quod ejus glorificatio nobis tam evidentibus innouit argumentis, eundem B. Virum Cathalogo Sanctorum adscripsimus. Denique Joannes XV. in Bulla Canonizationis S. Udalrici anathematis vinculo innodare contraire tentantes. Quæ omnia aperte significant infallibilitatem Pontificiam in hoc negotio. Quare non solum ex testimonijs humanis (quæ ipsa tamen generant maximam certitudinem moralem, præsertim sic discussa & examinata) sed ex speciali instinctu Spiritus sancti, sic assistentis Pontifici, ut non permitteret eum ad Canonizationem cum errore procedere, sumitur ejusdem Canonizationis infallibilitas.

95. Et ratio  
Theologicâ.

Eadem infallibilitas probatur ratione Theologicâ: quia (ut patet) Pontifex in canoni-



Canonizando procedit ex Officio Pastoralis tamquam magister & superior universalis Ecclesie; eatenus autem est infallibilis. Confirmatur: quia est infallibilis in decretis morum, præsertim generalibus; ad hæc autem spectat præceptum generale de solemni cultu Sanctorum. Unde nisi Pontifex esset in hoc infallibilis, fieri posset Ecclesiam obligari ad malum, scilicet ad credendum & colendum tamquam Sanctum, qui verè non esset talis, sed è contrà cultu indignus, immo damnatus: cum datà semel fallibilitate, sequatur etiam damnatum (non obstante allegatione miraculorum, unde per se solum generaretur moralis certitudo) posse canonizari. Quare notabiliter in Ecclesia universali deficeret Spiritus veritatis, & quidem in materia Religionis. Ignorantia autem Ecclesie excusaret illam quidem à peccato formalis, non tamen à materiali, & errore pernicioso; uti propterea infallibilis est Pontifex in alijs decretis morum, etsi pariter Ecclesie simpliciter obediendo formaliter non peccaret. Accedit, quòd in casu, quo ita erraret Ecclesia; non solum frustraretur ipsa effectu suffragiorum, sed & ipsi canonizati, si non forent in cælo, sed fortè in purgatorio, privarentur suffragijs fidelium, qui utique pro Sanctis Canonizatis non orant.

96. *Locus Augustini, quamvis suppositivus explicatur.*

Nec obstat quòd juxta Augustinum (uti ordinariè refertur) multa corpora honorentur in terris, quorum animæ torquentur in gehenna. Nam hæc sententia in Augustino non reperitur. Atque esto: potest verificari de impijs, quorum corpora in terris sæpe honorantur magnificis sepulchris: vel de falsis Donatistarum, similibusq; Sæctariorum Martyribus, qui apud suos sunt in honore: vel denique de honore, quem particulares possunt exhibere Sancto non vero; de cujusmodi Innocentius III. c. *Audivimus*, de Reliq. & Venerat. Sanctorum refert, quòd aliquis in ebrietate occisus colebatur à quibusdam pro sancto. Quare èb periculum abusu, merito Ecclesie Caput sibi determinationem cultus publici reservavit. Quamvis olim etiam Episcopi aut Primates, prævio diligenti examine, decernerent pro suis districtibus Sanctis, præsertim Martyribus, publicos honores.

97. *Pontifex est etiam in Beatificatione Sanctorum infallibilis.*

Non potest autem Pontifex errare in alicujus Beatificatione: nam hæc, prout de facto est in usu, non est aliud, quam quædam licentia data per Bullam à summo Pontifice, ut aliqua persona in aliqua determinata natione, provincia, episcopatu aut Religione coli possit tamquam Beatus per missam & officium divinum. Conceditur autem ea licentia præmissis diligenti examine vitæ & miraculorum, & audità sententiâ Cardinalium Congregationis Rituum: ex quo fit, quòd toti Ecclesie liceat cum pro Beato habere, & se illius preci-

bus, etiam publicis, commendare. Non est autem credibile, Deum permissorum Ecclesie errorem in re rem gravi, præsertim cum periculo gravis præjudicii eorum qui beatificantur, veluti pro quibus Fideles firmiter persuasi de eorum gloria deinceps non faciunt suffragia, quibus tamen indigere possent; si Pontifex posset in beatificando errare.

Advertunt tamen Doctores passim minorem ex Beatificatione quam Canonizatione oriri certitudinem. Primò, quòd Pontifex in Beatificatione non utatur verbis denotante definitionem, sed permissionem. Secundo, quòd Beatificatio non sit ultimum Ecclesie judicium de sanctitate personæ, ut proinde ad nova examina, testes, miracula procedi soleat, priusquam ad Canonizationem, quæ est ultimum judicium, desepiatur; quod stante æquali, immo fidei certitudine, fieri non deberet. Tertio, quòd Beatificatio non sit pro universa Ecclesia, sed permissio privilegiata pro nonnullis, ut (quòd aliàs non liceret) missam aut officium certo die de Beatificato legere possint. Quamvis his & similibus non obstantibus, non desint Doctores, qui parem, immo fidei certitudinem ex Beatificatione nasci contendunt.

Sed difficultas movetur à quibusdam, quodnam sit objecti propriè Canonizationis (idem cum proportionem est de Beatificatione) Sanctorum. Et quidem negari nequit, quin institui ab Ecclesia posset aliqua Canonizatio, quæ solum declararet præsens status gratiæ cum securitate gloriæ, abstrahendo ab adeptione actuali eisdem. Prout indubit Sancti Veteris Testamenti Canonizati Eccli. 44. & seqq. adhuc in limbo detenti non obtinuerant de facto gloriam cælestem. Prout etiam Elias posset ab Ecclesia solemniter hæc ratione canonizari, etsi adhuc vivat, nec (quod tamen Aliqui negant) Deum videat. Idemque posset Ecclesia de alijs defunctis Sanctis declarare; idque à fortiori, si posset ipsam gloriam præsentem declarare.

Solum queritur, an de facto non soleat in Canonizatione declarare, Sanctos esse actu in cælo regnantes? D. Sionich Doctor Lovanienfis in suo *Saul Ex rex* (qui à paucis hebdomadibus in lucem prodijt) l. 1. à §. 258. usque ad 299. fusè de hac discurrens, contendit communiter & regulariter solum declarari præsentem sanctitatem cum securitate adipiscendi gloriam cælestem. Stat proinde (ut loquitur §. 298.) Pontificis inerrantia, cum Canonizationem à calo absentia. Nihilominus rarò, puta in Canonizatione S. Francisci de Paula, & S. Catharinæ Senensis, declarari præsentem gloriam non audeat diffiteri, addens tamen præsumendum esse, quòd tunc Pontifex inductus sit alio motivo.

98. *An sit par de hac qua de Canonizatione certitudo.*

99. *Canonizatio fieri posset non declarans præsentem gloriam cælestem solum.*

100. *Immo regulariter est hujusmodi in Ecclesia juxta Sionich.*



motivo, quam evidentiam miraculorum; utpote quæ etiam patrari possunt à constitutis in Purgatorio; prout de Paschasio Diacono refert Gregorius l. 4. Dialog. cap. 40. & 41. Et de S. Severino Episcopo Coloniensi Petrus Damiani l. 2. Epist. 15. ex Aldrado; ut citat Sennich. S. 261.

101. Quæ doctrina tolerari sequitur.

Verum hæc doctrina nullatenus tolerari potest, utpote contraria communi sensui, non solum Doctorum, sed etiam Fidelium, Ecclesiæ Collectis, Bullisque Canonizationis.

Veluti consuetudine communi sensui Doctorum & Fidelium.

Quod attinet ad sensum Doctorum, is patet ex eorum scriptis, ut Bellarmus, Wiggers, Sylvis & reliquorum, nemine (quod sciam) contradicente: esse non ab omnibus sub his terminis tractetur, aut asseratur. Idem sensus Doctorum & patris Fidelium patet ex eo, quod pro Canonizato nefas putetur orare: nam juxta Augustinum Serm. 17. de Verbis Apostoli (quod per inadvertentiam veluti dictum Scripturæ refertur c. Cum Martha, de celebrat. Miss.) Injuriam facit martyri, qui orat pro Martyre. Et juxta Innocentium, l. 11. cap. cu. idem est ratiōe consimilis de alijs Sanctis (quos nimirum Ecclesia veneratur) sentiendum, quia orationibus nostris non indigent. Unde quod olim legebat in secreta Collecta de B. Leone, (de quo utique non erat, nisi communis reliquis Sanctis ratio) & postea immutatum est: Prose vel proficiat illi talis oblatio ad gloriam & honorem, juxta Innocentium ita debet intelligi, ut ad hoc prose, quod magis ac magis à Fidelibus glorificetur in terris. Alioquin quidni pro ipsis celebrentur anniversaria defunctorum, ne priventur suffragijs, quibus forte indigent? Nam certe ijs non recte fraudarentur. Unde propter hoc fatetur Sennich etiam ipsos concernere posse, generales preces pro fidelibus defunctis, quæ sunt in Likanijs & Missa. Quod sanè est exorbitans à sensu Fidelium: qui execrarentur fieri pro Sancto suffragia solita defunctorum, etsi intra annum ab obitu Canonizato; prout accidit S. Antonio Paduano, cujus festum loco primi Anniversarii solemnissimè celebratum fuit.

102. Item Oratōnibus publicis Ecclesiæ.

In Collectis quoque Ecclesiæ patenter asseritur præsens Sanctorum glorificatio in celo. Nam in Collecta Doctorum rogat Ecclesia, ut quem Doctorem vita habuimus in terris, intercessorem habere mereamur in calis. Et in Collecta de S. Ludovico Rege: Deus, qui B. Ludovicum Confessorem tuum de terrenis regno ad celestis regni gloriam transulisti &c. Et in Postcommunione: Deus qui B. Ludovicum gloriosum in calis fecisti. Item in Collecta de S. Henrico, & in Collecta & Postcommunione de S. Stephano Rege: ut alias omittamus.

Denique idem conficitur manifestè ex tenore Bullarum Canonizationis Nam in primis Leo X. in Bulla 38. de S. Francisco de Paula ait: Decernimus & definimus Franciscum de Paula in caelesti Hierusalem inter Beatorum choros jam receptum, æternæ gloriæ condonatum fuisse &c. Idem expressè declarat Pius II. in Bulla 6. Canonizationis S. Catharinæ Senensis. Neque est credibile ullo modo, Pontifices novam & particularem canonizationis speciem ibi attentasse, aut de his quid speciale declarasse, quod non de ceteris canonizatis. In quorum etiam canonizatione communis Methodus inquisitionis, & conditiones eadem fuere adhibitæ, eademque ratio inductiva, nimirum quod (ut ait Leo X. sup.) æquum videretur, ut quem Deus jam in caelesti gloria Sanctorum Choro dignum fuisse probabilibus ac manifestis indicijs ac miraculis ostenderat, in terris etiam sibi debito Sanctorum honore non defraudaretur. Similis quoque ratio in plerisque alijs canonizationum Bullis adfertur, ut nempe quem in celo sursum Deus glorificat, hic inferius mundus colat: prout videre est in Bulla 1. Alexandri III. Bulla 7. Honorii III. Bulla 2. & 4. Gregorii IX. Bulla 11. Innocentii IV. Bulla 4. Alexandri IV. Bulla 3. Urbani IV. Bulla 6. Bonifacii VIII. Bulla 4. Clementis V. & alijs plurimis.

103. Et aperit Bullis ipsi Canonizationis.

Ubi observandum, Pontifices apertè supponere hujusmodi Sanctos, esse de facto in celis cum Christo. Immo Gregorius IX. Bulla 11. Canonizationis S. Elizabethæ Viduæ: Nos (inquit) dictam Sanctam, quam sibi ad intuitum placuit suæ majestatis admittere, Sanctorum Catalogo duximus adscribendam. Id ipsum patenter non semel in eadem Bulla significat. In plerisque alijs quoque Bullis non tantum id supponitur, sed etiam apertè asseritur, & frequenter interdum ingeminatur; ut patet in Bullis Canonizationis S. Thomæ Cantuariensis, S. Laurentij Archiepiscopi Dubliniensis, S. Dominici, S. Francisci, S. Claræ, S. Richardi, S. Ludovici Regis, S. Ivonis, S. Edmundi, S. Bonaventuræ, S. Tereziæ &c. Sed & ipse Joannes XXII. in suis Bullis id ipsum apertissimè asserit de S. Ludovico Episcopo, & S. Thoma. Ut proinde manifesta sit mens Ecclesiæ hac in parte.

104. Confirmatur.

Solum advertere, Joannem XXII. censuisse quidem non videre animas Sanctorum Deum ante diem judicii, nihilominus infallibile ei erat, ipsas esse in caelesti gloria cum Christo. Quare per Canonizationem declarabatur, etiam ab ipso, præsens gloria caelestis Sanctorum (ut ex Bullis mox citatis est apertum) quæ an esset de facto facialis visio Dei, non erat definitum, etsi satis assertum à Prædecessoribus, x. g. Gregorio

Notandum circa Joannem XXII.



rio IX. in Bulla Canonizationis S. Elizabeth.

105. *An miracula à morte patrata ex sensu Pontificum sint signa presentis gloria.*  
 In iisdem Bullis etiam advertendum est Pontifices censere, quòd miracula non solum sint signa certificativa gratiæ, sed etiam præsentis Sanctorum gloriæ: ut manifestè patet attentè plurimas præallegatas inspicienti. Unde *Urbanus IV.* Bullâ 3. dicit, *concepim ex his certam & indubitam credulitatem id tenere de S. Richardo; quem propter hoc Cathalogo Sanctorum adscribit. Et Honorius III.* Bullâ 7. de S. Laurentio Archiepiscopo: *qui sic claris & evidentibus argumentis apparet honoratus in calis &c.* Et ipse *Joannes XXI.* in Bulla Canonizationis S. Thomæ Aquinatis, post enumerata ejus miracula, inquit: *Hac sunt testimonia tua Deus, qua de hoc viro iusto nobis credibilia facta sunt nimis. Nam si testimonium hominum accipimus, testimonium Dei majus est, quo animam ejus calum possidere jam credimus.* Cui non obstat unius *Paschalis* & alterius *Severini* exemplum. Quin potius cum in ijs præter communem regulam quid acciderit, divinâ providentiâ contigit, statum eorumdem nondum gloriosum patefieri, ne populus erraret. Quod idem Deus ostenderet Pontifici, potius quàm in Canonizatione (ad quam miraculis quidem manuducitur, sed assistentiam habet & Spiritus) errare permetteret. Quamquam neque *Paschalis*, neque *Severinus* ostendantur illo tempore, quo erant in purgatorio, fuisse ab Ecclesia univesali pro Sanctis publico cultu celebrati.

106. *Concluditur stylo consueto Ecclesiæ declarari in Canonizatione præsentem gloriam cælestem.*  
 Manet itaque Canonizationem ex communi stylo Ecclesiæ continere declarationem præsentis gloriæ cælestis, ut Deus ita in Sanctis etiam hic glorificetur, cum (ut loquitur *Clemens VIII.* in Bulla 27. Canonizationis S. Hyacinthi) *aliqui servi Dei, excellenti vite sanctitate & miraculis insignes, jam cum Christo in celo regnantes, in terrâ quoque summâ Romani Pontificis auctoritate Sancti esse declarantur.* Ut proinde stylo Ecclesiæ, declarari Sanctum, & in cælesti gloria, sint eadem seu connexa; et si alioquin nomen Sancti alias significationes patiatur. Quare *Gregorius XV.* Bullâ 23. pro causa Beatificationis B. Petri Alcantara Ordinis S. Francisci assignat, quòd Cardinales judicarent ita plenè de omnibus requisitis costare, ut *consuerint posse nos (ait Pontifex) quandocumque voluerimus, eundem servum Dei, juxta Catholicæ Ecclesiæ ritum, Sanctum atque in calis regnantem declarare: omnibusque Fidelibus solemni canonizatione proponere venerandum.* Quod manifestè meo iudicio evincit intentum nostrum. Unde et si Nonnulli S. Scriptores in descriptione Canonizationis non meminerint expressè præsentis gloriæ cælestis, saltem non excluderunt, & potius nomine Sanctitatis,

*Quod aperit confirmat Bulla Gregorii XV. de B. Petro Alcantara.*

ratione subjectæ materiæ & perspecti Ecclesiæ sensus, comprehendisse gloriam cælesti sunt.

107. *An Pontifex debeat definitionibus præmitti examen.*  
 Petes, an Pontifex in definiendis ijs, in quibus est infallibilis, debeat necessario adhibere examen & diligentem inquisitionem præviam, sive in, sive extra Concilium definiat? Resp. Aff. Infallibilitas enim promissa est, non sicuti Prophetis, qui instar galami velociter scribentis divina oracula exprimebant, sed mediante diligentia, quæ humano modo pro qualitate rei adhibenda videbitur. Idque ostendit perpetua praxis Ecclesiæ, etiam in Concilijs ac præsentem in ijs Pontifice adhibita: semper enim magna disquisitio in ijs præmittitur definitioni, exemplo Concilii Apostolorum *Actor. 15.* Idemque faciunt Pontifices sine Concilio definientes, ultra examina diligentissima insuper indicentes præces publicas, aut jejunia &c. Unde idipsum aperte patet in praxi canonizationis Sanctorum. Et quidem in Bulla Canonizationis interdum exprimunt se confidere, quòd Altissimus eos non errare permittet, allegando quòd omnia examina & diligentias adhibuerit ad inquirendam veritatem. Et planè, si independentem ab humanis diligentijs sint infallibilis; ut quid graviter delinquerent, cas non adhibendo?

108. *Quid si definiret non præmitti examen.*  
 Unde quod à Nonnullis quaeritur, an si contingeret Pontificem sine adhibitis ordinarijs diligentijs processisse ad definitionem, deberet ipsa nihilominus censi infallibilis; hoc (inquam) procedit ex suppositione impossibili: quia Deus, qui promissit finem seu infallibilitatem, indubitanter non permittet Pontificem non adhibitis medijs ordinarijs seu requisitis procedere. Aliàs sanè possent definitiones Pontificum, etiam cum Concilijs definitissimam, patere calumniæ, ob præsentem diligentis examinis defectum. Quod si verò constaret, Pontificem interdum parum examen adhibuisse, certum perinde esse deberet, amplius non fuisse requisitum; v.g. ob claritatem causæ alijs damnatæ &c. Quod si denique possibile foret (quod negamus) Pontificem omittere debitam diligentiam, & tamen definire; adhuc potius censendum foret, infallibilitatem ab examine aut diligentia humana prævia non pendere, quàm definitionem Pontificiam in dubium revocare.

109. *Expenditur Bulla Alexandri VII. definitis quinque propositiones esse damnatas in sensu à Jansenio intentis.*  
 Pro fine quaestionis adverte, quòd cum (ut loquitur *Alexander VII.* Constitut. *Ad Sacram* contra Janenistas editâ) Nonnulli iniquitatis filii quinque propositiones damnatas in libro *Cornelii Jansenii* non contineri, vel non in sensu ab eodem intento damnatas fuisse, asserere cum magno Fidelium scandalo non reformidarent, idem Pontifex oppositum ibidem expressè definiverit ac declaraverit,



rit, & hoc nomine eundem librum damnet. Ubi cum consistit de definitione, nequit dubitari de Pontificia definiendi potestate; quantumvis videri posset res facti; at universam concernens Ecclesiam, & redundans saltem in quæstionem juris, quæ dum nequid congruè sine pleno effectu aliàs terminari, vel per factum aliquod posset via eversioni definitæ quæstionis juris parari, cadit quoque per concomitantiam seu cõnexionem quamdam sub potestatem definitivam Papæ. Est planè hic apparet scopus istorum malignantium, per latum scilicet quæstionis facti confodere primariam definitionem Papalem; dum existimantes Pontificem in quæstionibus præteritis facti errasse (quod ipsum tamen ad modum summè temerarium esse debet) pergerent quidquid *Jansenii* libro continetur defendere, veluti quo non continentur propositiones (quas quodam sensu iuste damnatas fatentur) damnatæ, saltem in sensu *Jansenii*. Ob id Pontifex merito declarat præmissa. Et quidem si rectè attendatur, sensus particularis, in quo propositiones damnantur, est ipsissimum objectum quæstionis juris ac definitionis; nam utique in sensu determinato (cujus declaratio est penes definientem) damnantur sententiæ seu propositiones. Quod autem exprimatursensus à *Jansenio* intentus, non ita intelligas velim, quasi *Jansenius* in corde vere senserit, prout scripsit (potuisset enim ad solutè contra propriam mentem scripsisse) sed quod sensus iste sit *Jansenii*, quantum est ex vi verborum & contextus, quem proinde voluit instar locutionis significare, & cui in mente debebat respondere simile iudicium ad hoc,

ut censetur non fuisse mendax aut fallens. Quod insuper definiantur propositiones in libro (qui ab omnibus noscitur esse *Jansenii*) contineri, vel ex eo esse excerptæ, non mirandum est: cum id perinde sit, ac si Papa damnationem ad latus singularum in libro positarum adjecisset: Nec dubitandum sit, quin sicut Ecclesia potest etiam sub anathemate definire, in aliquo libro nullos errores contineri (prout de Canone Missæ definiit *Tridentinum*) sic è contrà definire, quod in Institutionibus v. g. *Calvani*, Libro *Jansenii* &c. tales errores continentur. Prout in Concilio Lateranensi damnatur & reprobatur Libellus quem *Abbas Joachim* vir pius editit contra Magistrum *Petrum Lombardum* de unitate seu essentia Trinitatis; ac determinat Concilium se quoad illam credere cum *Petro Lombardo*. Et (ut alia omittam) etiam in Concilio V. generali in terminis damnantur Scripta *Theodoretii* contra *Cyrium* aut Concilium Ephesinum. Estque omnino ad officium Pastoris universalis Ecclesiæ pertinens, non tantum salutaria pascua à noxiis discernere, veluti in abstracto aut extra subjectum; sed etiam ovibus, ne (quod in promptu esset) decipiantur, declarare, in tali subjecto seu libro has vel illas noxias herbas seu doctrinas, aut è contrà salutare reperiri. Quod si denique quis nimium contenderet, definitionem prædictam non censendam esse fidei (de quo S. Sedes iudicet) sed solum iudiciale declarationem, cui à quovis obediente fideli standum est; adhuc convincerentur malevoli refractarii, qui secus agunt.

## DISPUTATIO SEPTIMA.

### De Habitu, & Interno Actu Fidei.

#### QUÆSTIO I.

##### De Habitu Fidei.

**P**ERAQUE Habitum fidei concernentia in antecedentibus sunt explicata; præsertim *Disp. I.* nimirum quomodo sit supernaturalis & à Deo infulsus, nec de facili, sed simpliciter posse, quando & quo ordine infundatur; quomodo subiectetur in intellectu, non maneat in Beatis & damnatis, maneat autem in animabus adhuc purgatione indigentibus. Idemque est de animabus Patrum ante mortem Christi in limbo adhuc à Domino peregrinantium. Quomodo denique sit Theologica virtus, maneatque veri nominis, uti Theologica, Virtus; sine Caritate; etsi non formata.

*Herinc Sum. Theol. Pars III.*

Hæc itaque quæstione de Habitu fidei paucis explicanda relictæ, quæ in antecedentibus non sunt sufficienter discussæ.

**Disco I.** Habitus fidei est simplex, non compositus ex aggregatione plurium habituum correspondentium pluribus articulis. Est communissima Theologorum sententia, cum *D. Thoma quæst. 4. art. 6.* & inclinât *Scotus 3. dist. 24. q. unic. n. 21.*

**Conclusio** non satis efficaciter probatur ex illo ad *Ephes. 4. Una fides, unum baptismum*. Nam ibi solum indicatur esse eodem fidei articulos, quibus omnes Christiani ob idem motivum credunt, adeoque est sermo de unitate objectiva fidei in omnibus Fidelibus. Non sufficienter etiam probatur ex identitate specifica assensuum fidei: cum & hi circa varia objecta materialia sæpè disparatissima versentur, adeoque ex parte eorumdem specie distinguantur.

*Habitus fidei est simplex.*

*Nulla probationes rejiciuntur.*